Alfred v. Gutschmid.

DE FOEDERE BOEOTICO

SCRIPSIT

GUILIEM. AUG. KLÜTZ, Dr.

SEMIN. PAEDAG. BEROLIN. SODALIS.

BEROLINI

E LIBRARIA MAURERIANA.

1821.

PATRI DILECTISSIMO

HAS PRIMITIAS

F I L I U S.

PATRI DILECTISSIMO

HAS PRIMITIAS

FILIUS.

SUMMARIUM

Caput primum.

De primis Boeotiae incolis atque origine foederis.

§. 1. *Prooemium.*

Post innumera inter aborigines atque immigrantes certamina cum in Graecia lux denique quodammodo propagari coepta esset, plerumque a gentibus tales occupatas esse sedes videmus, ut inde jam de futuro uniuscujusque incremento colligeres. Lacedaemonii enim in specula tanquam Graeciae positi ceterorum rebus facillime immisceri atque ex iis expediri poterant, id quod postea omnibus eorum ad imperium sibi firmandum expeditionibus miram facilitatem conciliavit. Argivorum contra imperii, quod per aliquot annos exercebant, diuturnitati imminens ab utraque parte periculum obstitit, atque Corinthus, quae summam imperii nunquam affectarat, opportunam

mediam Graeciae partem tenens inde ab ortu divitiis mercatura parandis felici 'cum successu studuit. Atheniensibus imperium maritimum patriae situ iam destinatum videbatur, cum praesertim macies terrae ad alienas sibi quaerendas opes summopere impelleret.

In Graeciae vero septentrione, quae populorum fluctibus haud dubie longius atque saepius subjecta erat, res serius stabilitas videmus. Fertilis ager Boeotiae tum Pelasgos tum alias gentes, ut ibi prima cultus sui firma fundamenta jacerent, pellexerat, idemque bella e dispari populorum natura postea exorta nutrivit. Praevaluit Minyeia Orchomenus, cujus vincula tamen Thebani, cum per aliquod tempus iis coerciti essent, feliciter excusserunt. Itaque Orchomenus atque Thebae antiquae pro iis locis accipiendae sunt, iu quibus totius Boeotiae tum temporis cultus maxime cognoscitur. Ea, quae posteris reservabantur, architecturae monumenta testantur, quomodo incolis, ut vires humanas ad magna incepta exequenda colligerent, jam tum contigerat.

§. 2. *De immigrantibus ex Oriente.*

Non est hujus loci, in primorum Boetiae incolarum naturam atque pristina domicilia

accuratius inquirere, cui materiae ne suppeterent quidem pro tempore vires, tamen non facere possumus, quin ad ea quae novissimis temporibus a duobus viris prolata sunt, paucula quaedam addamus. Fortasse apparebit, hanc rem etiam ab illis, qni postremo ei operam dederunt, nondum esse absolutam, atque accuratiore perscrutatione adhuc egere.

Boeckhius [1]) ut originem Orchmeniorum ab Aegyptiis derivandum sustentaret acutas quasdam rationes attulit, quarum numerus a C. O. Müllero [2]), quamquam hic parum iis tribuens in sequentibus ex oriente colonias rejicit, augetur. Spectant eae potissimum ad singulas quasdam inter utramque terram similitudines. Hae, nisi fabulae iis accederent, quae ad hunc finem commemorarentur vix dignae essent. Itaque levia duo habemus argumeuta, quorum alterum altero aliquatenus

1) Staatshaushalt. d. Athener. T. II. p. 368.

2) Gesch. hell. Staedte und Stämme p. 90 sq. In hoc opere jam multa, in quae etiam mihi inquirendum fuisset, sollerter absolvuntur, quapropter ego, ut ea removerentur, quae repetiisse visus essem, inter scribendum hujus dissertationis formam plane commutare cogebar. Quamquam ego solatio habeo, has res melius esse tractatas, quam pro naturae indole abs me fieri potuisset, tamen me ob eandem causam paulo fusius scripsisse doleo.

firmatur, quamquam hoc ad extricandum verum jam sufficere non autumo.

Fere omnia graecorum Deorum nomina ex Aegypto venerunt, teste Herodoto: [1]) Σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐλήλυθε ἐς τὴν Ἑλλάδα· διότι μὲν γὰρ ἐκ τῶν βαρβάρων ἥκει, πυνθανόμενος οὕτω εὑρίσκω ἐόν· δοκέω δ' ὦν μάλιστα ἀπ' Αἰγύπτου ἀπῖχθαι. His verbis saltim ex Aegypto in Graeciam immigrationibus via munitur, quia linguam ignotam Aegyptiorum Herodotum ubique fefellisse, non accipi potest. Cultus vero Gratiarum, atque similium, qui apud Aegyptios non reperiuntur, Deorum contra originem ex Aegypto derivandam non reperiuntur, Deorum contra originem ex Aegypto derivandam non repugnat. [2]) Immigrantes enim populi mutata patria etiam nova divina instituta assumere, veteribusque serie temporum addere solent.

Ab alia parte monumenta artis, opes, potestas longinquam Boeotiae antiquorum incolarum in graeca terra sedem jam indicant. Sin vero tum Orchomenii, tum Thebani e remota terra meridionali advenae fuissent, eo jam ad commune inter se foedus contra aborigines

---

1) II. 50.

2) cf. Müller, p. 95.

adduci potuissent, cujus loco nonnisi de mutuis certaminibus nobis relictum est. [1]) Etiam expeditionem Argonautarum cui populus Minyarum praeerat, tanquam e mente advenarum profectam non acceperim. Fortasse ex ossibus Hesiodi, quae Orchomenum transferri debebant, colligendum est, Orchomenios cum permultis complurium Boeotia partium incolis genere conjunctos fuisse. Exhibet enim Plutarchus: [2]) Ἐτάφη δὲ Ἡσίοδος πρὸς τῷ Νεμεείῳ, τὸν δὲ τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται ζητούμενος ὑπ' Ὀρχομενίων (ὥς φασι) βουλομένων κατὰ χρησμὸν ἀνελέσθαι τὰ λείψανα, καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς.

Apud Thebanos vero fere omnia ad populum nos reducunt, qui ex alia terra immigravit, atque Orchomeniis, quorum res longiore terrae possessione jam stabilitae videntur, haud aegre subjici potuit. Veteres ipsi inter Cadmum Phoenicem atque Aegyptium fluctuant, si sequi licet verba Pausaniae: [3]) τοῖς οὖν νομίζουσιν εἰς γῆν ἀφικέσθαι Κάδμον τὴν Θηβαΐδα

---

1) De gravi, quod pendebatur a Thebanis, tributo, summaque inimicitia cf. praeter alios Apollodori narratio II, 4. 111. vet. ed. Heyn.

2) Sapient. conviv. VII. cf. Pausan. IX, 38. ubi etiam exstat epigramma ionice scriptum Chersiae Orchomeniorum poetae.

3) IX, 12.

Αἰγύπτιον, καὶ οὐ Φοίνικα ὄντα, ἔστιν ἐναντίον τῷ λόγῳ τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα, ὅτι Σίγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται, καὶ οὐ Σάις κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν. Videmus, quibus infirmis rationibus argumentatio auctoris nititur. Fortasse de Cadmo, etiamsi Aegyptius non fuit, eum ita Aegyptiorum cultum imbibisse colligi potest, ut apud quosdam pro Aegyptio valeret. Conon [1]) enim de Cadmi colonia exhibet. Οἱ δὲ Φοίνικες τότε μέγα τι, ὡς λόγος, ἴσχυον, καὶ πολλὴν τῆς Ἀσίας κατεστρεψάμενοι τὸ βασίλειον ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις εἶχον. — Nomen urbis, [2]) bos Cadmi [3]) Aegyptium quodammodo sustentant. Etiam ars scribendi, quam Graeci a Phoenicibus accepisse dicebantur, cum hoc populo minus congruit, quam cum Aegyptiis, nisi eam ab his jam antea translatam fuisse colligamus. Sed quis de tam obscuris rebus judicium ferat. Postremo si hoc loco fabularnm interpretationi indulgendum est, cui rerum illustrandarum

---

1) Narrat. 37.

2) Conon ibid. de Cadomo καὶ σὺν τῇ δυνάμει περιτειχίσας τὸ χωρίον, Θήβας ἀπὸ τῆς οἰκείας ἐπονόμασε πατρίδος.

3) Nescio unde Meletius (p. 338 ed. Venet.) de illo bove hanc notitiam hauserit: εἶχεν αὕτη ἡ βοῦς ἑκατέρωθεν τῶν πλευρῶν σημεῖα λευκὰ εἰκόνα Σελήνης πανσελήνου ἐμφαίνοντα etc. quae descriptio Apidi Aegyptiorum conveniret.

generi, nisi summa cautione adhibetur, non multum tribuo, Cadmi oraculo fortasse hic sensus inhaeret. Cadmus novas sedes quaerat, ubi cultus bovis a terra recipitur i. e. a natura ejus adjuvatur, ita ut simul draco γηγενὴς [1]) ad cultum aboriginum a Cadmo remotum referendum sit.

Ceterum Cecropis colonia in idem tempus incidit, in quod ea Cadmi, atque inter ambas arctum connexum fuisse necesse est, quia Cecrops Aegyptius in Boeotiam quoque transfertur, imo Danaum in Orchomeniorum genialogiis reperimus. Veteris inter Cadmeos atque Athenienses amicitiae permulta testimonia exstant apud auctores, [2]) atque duae urbes

---

1) Eurip. Phoen. 942.

2) Lysias. Epitaph. p. 32. ed. Tayl. οὐδεμιᾶς διαφορᾶς πρότερον πρὸς Καδμείους ὑπαρχούσης. Aristid. T. I p. 485. ed. Iebb. καὶ ταῦτα πάντων ἀνθρώπων συνειδότων, ὡς ἐν καλῷ γεγόνασιν ἀλλήλαις ἐπὶ τῶν χρειῶν αἱ πόλεις. ὡς μὲν οὖν Οἰδίπουν ἐνδεξάμεθα ἡμεῖς, καὶ ὡς Διόνυσος παρ ὑμῶν ὁρμηθεὶς, Ἰκαρίῳ συγγίγνεται, καὶ τὴν δωρεὰν ἣν ἔδωκε· καὶ ὡς Ἡρακλῆς ἐμυήθη ξένων πρῶτος, καὶ ὡς πρῶτοι νεὼν ἱδρυσάμεθα αὐτῷ, καὶ τῶν παίδων ὡς προύστημεν, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα ἐάσομεν. Corsini F. Att. V. p. 218. e cultu Herculis apud Marathonios atq. Boeotos (γεωργοὶ Μαραθώνιοί τε καὶ Βοιώτιοι Philostr. vit. Herod. II, 1 m. 7.) nexum inter Boeotos atq. Athenienses extricaverit. Qua in re nisi fallitur nexus haud dubie usque ad antiquarum Thebarum incolas referendus est, quibus jam Hercules in libertatem restitutor fuerat, atq. postea contra

Athenae et Eleusis, quae quondam sitae fuerunt ad Copaidem lacum, commemorantur a Pausania: [1]) λέγουσι δὲ οἱ Βοιωτοὶ καὶ πολίσματα ἄλλα πρὸς τῇ λίμνῃ ποτὲ, Ἀθήνας καὶ Ἐλευσῖνα, οἰκεῖσθαι, καὶ ὡς ἄρα χειμῶνος ἐπικλύσασα ἠφάνισεν αὐτὰ ἡ λίμνη. His addi potest Boeotiae antiquae apud Homerum in duas partes divisio, [2]) quarum utraque suis ducibus utitur, et quidem ita, ut Orchomenus atque Aspledon a ceteris urbibus separatae sint, harumque duarum incolae eam ob causam dispares videantur.

Quae omnia si percensemus, aegre ab opinione removemur, Aegyptum cum Boeotia connexus haud plane expertem fuisse, quamquam ejusmodi connexus, qui a Thebis proficiscitur, etiam in Orchomenum extendi nequit, de quo fabulae non dicunt. At fabulae neque habent historicam fidem, neque fortuito casu exortae sunt, sed ex opinionibus quibusdam vulgi originem primam sumserunt, de quibus semper nobis in ambiguo relinqui debet, an verae fuerint, nec ne.

Persas in pugna Marath. opem tulit, cf. illud, Dicaearchi Ἀθηναῖοι εἰσι Βοιωτοί p. 168. quibus tamen contradicit Plato in Menex. p. 407. ed. Lugd. 1590.

1) IX, 24. cf. Strabo IX. p. 624. a.

2) Catal. nav. initio.

§. 3. *Quaeritur an hoc tempore foedus jam exstiterit.*

Haec nonnisi tangere voluimus, judicio nostro atque cognitioni valde diffisi. Est enim magis e nostra materia, quaerere, an his temporibus in Boeotia jam foederis vestigium fuerit. Qua in re nonnisi in quibusdam conjecturis acquiescendum erit, quia certa indicia non liquent.

Boeotica terra ad foedus, quod contra imminentia pericula homines tueatur, constituendum ceteris vehementius compellere debebat, quia ejus incolae ab utraque parte invasionibus maxime expositi e diversis populis confluxerant, indeque eorum vires, nisi plures civitates consociarentur, valde concisae fuissent. Orchomenus, quae opibus praepollebat, alios e finitimis sibi subjecit, alii fortasse apud eos suffugium quaesiverint sua sponte. Tamen de Cadmeorum etiam inter Boeotiae incolas principatu testimonii quid exstat apud Strabonem, [1]) ubi de iis dicit: ἡγούμενοι τῶν πλείστων Βοιωτῶν ἕως τῆς τῶν Ἐπιγόνων στρατείας. Vox Boeotorum, quam in hanc aetatem jam refert auctor, adsentit opinioni Thucydidis, qui Boeotorum gentis partem jam ante magnam illam

1) IX, 3.

Athenae et Eleusis, quae quondam sitae fuerunt ad Copaïdem lacum, commemorantur a Pausania: [1]) λέγουσι δὲ οἱ Βοιωτοὶ καὶ πολίσματα ἄλλα πρὸς τῇ λίμνῃ ποτὶ, Ἀθήνας καὶ Ἐλευσῖνα, οἰκεῖσθαι, καὶ ὡς ἄρα χειμῶνος ἐπικλύσασα ἠφάνισεν αὐτὰ ἡ λίμνη. His addi potest Boeotiae antiquae apud Homerum in duas partes divisio, [2]) quarum utraque suis ducibus utitur, et quidem ita, ut Orchomenus atque Aspledon a ceteris urbibus separatae sint, harumque duarum incolae eam ob causam dispares videantur.

Quae omnia si percensemus, aegre ab opinione removemur, Aegyptum cum Boeotia connexus haud plane expertem fuisse, quamquam ejusmodi connexus, qui a Thebis proficiscitur, etiam in Orchomenum extendi nequit, de quo fabulae non dicunt. At fabulae neque habent historicam fidem, neque fortuito casu exortae sunt, sed ex opinionibus quibusdam vulgi originem primam sumserunt, de quibus semper nobis in ambiguo relinqui debet, an verae fuerint, nec ne.

Persas in pugna Marath. opem tulit, cf. illud, Dicaearchi Ἀθηναῖοι εἰσι Βοιωτοί p. 168. quibus tamen contradicit Plato in Menex. p. 407. ed. Lugd. 1590.

1) IX. 24. cf. Strabo IX. p. 624. a.

2) Catal. nav. initio.

§. 3. *Quaeritur an hoc tempore foedus jam exstiterit.*

Haec nonnisi tangere voluimus, judicio nostro atque cognitioni valde diffisi. Est enim magis e nostra materia, quaerere, an his temporibus in Boeotia jam foederis vestigium fuerit. Qua in re nonnisi in quibusdam conjecturis acquiescendum erit, quia certa indicia non liquent.

Boeotica terra ad foedus, quod contra imminentia pericula homines tueatur, constituendum ceteris vehementius compellere debebat, quia ejus incolae ab utraque parte invasionibus maxime expositi e diversis populis confluxerant, indeque eorum vires, nisi plures civitates consociarentur, valde concisae fuissent. Orchomenus, quae opibus praepollebat, alios e finitimis sibi subjecit, alii fortasse apud eos suffugium quaesiverint sua sponte. Tamen de Cadmeorum etiam inter Boeotiae incolas principatu testimonii quid exstat apud Strabonem, [1]) ubi de iis dicit: ἡγούμενοι τῶν πλείστων Βοιωτῶν ἕως τῆς τῶν Ἐπιγόνων στρατείας. Vox Boeotorum, quam in hanc aetatem jam refert auctor, adsentit opinioni Thucydidis, qui Boeotorum gentis partem jam ante magnam illam

---

1) IX, 3.

ex Thessaliae Arne immigrationem in Boeotia sedes habuisse exhibet, [1]) ἦν δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδασμὸς πρότερον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἀφ' ὧν καὶ ἐς Ἴλιον ἐστράτευσαν. Si e gravi, quod Thebani Orchomeniis quondam pendebant, tributo, [2]) summoque eorum, ut jugum excuteretur, virium nisu colligi potest, Orchomenios opibus elatos ad durum regionis imperium exercendum provectos esse, facillime fieri poterat, ut eo tempore, quo Thebani sibi libertatem vindicarant, complures civitates ad eorum partes transirent. Urbi circumsessae atque expugnatae non defuerunt, qui inter externos socios, quoad fieri poterat, succurrebant, [3]) quod tamen auxilium fortasse etiam sine icto inter has urbes foedere tulissent, quia agmen hostium non solum Thebis, sed simul adjacenti regioni imminebat.

---

1) I, 12.

2) Ad hoc tributum adhuc respicitur ab Isocrate Plat. p. 517 ed. Lange. Ejus causa obscura est. Secundum alios ob equestrem victoriam Ergini pendebatur v. Schol. ad Pind. Ol. XIV, 3. alii interfectum Clymenum subjiciunt Paus. IX, 37. Diod. S. XV, p. 64. ed. 270 nihil de causa. Ἐκ παλαιῶν γὰρ χρόνων οἱ Θηβαῖοι πρὸς τούτους ἀλλοτρίως διέκειντο δασμοφοροῦντες μὲν τοῖς Μινύαις ἐν τοῖς Ἡρωϊκοῖς χρόνοις. ὕστερον δ' ὑφ' Ἡρακλέους ἐλευθερωθέντες.

3) Paus. IX, 9. ἤμυναν δὲ καὶ Θηβαίοις οἱ πρόσοικοι, καὶ μάχη πρὸς Γλισᾶντι ἀπὸ ἀμφοτέρων ἐγένετο ἰσχυρά.

Deinde e rerum statu tempore belli Trojani, quo Thebae nullius momenti erant, quaedam colligi possunt. In homerico navium catalogo duas Boeotiae sectiones habemus, quarum una, quae etiam Thebas atque circumjacentem regionem amplectitur, quinquaginta, altera vero, cui nil nisi urbes Aspledon atque Orchomenus attribuuntur, triginta naves auxilio dedit. Itaque Orchomeni potentia tum nondum evanuerat, sed haec urbs simul cum Aspledone, quae situ proxima ei subjecta fuerit, reliquae Boeotiae parti opposita erat. [1] Alioquin Homerus terras atque duces hoc modo secernere non potuisset. Quibus si addimus illud supradictum Strabonis testimonium, ex quo Thebae jam ante bellum Epigonorum principatum exercebant, verisimile fit, eas urbes, quae in catalogo iisdem ducibus utuntur, Thebis quondam subjectas fuisse, in antecedente vero bello magnam vim hostium a moenibus Thebarum propulsare non valuisse. Tamen haec omnia rem eo non perducunt, ut pro certa asseri queat. Perpauca atque tenuia fila sunt, e quibus tela non fit.

1) Hoc sensu A. W. Schlegel. geogr. hom. p. 6. dicere potuit, Boeotiae circuitum minorem tum fuisse. Quapropter Strabo IX. 3. Homerum secutus, hoc modo separat: Μετὰ δὲ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Ὀρχομενὸν ἡ Φωκίς ἐστι.

§. 4. *Commutatus Boeotiae rerum status post immigrationem Arnensem.*

Quibus perpensis atque praemissis, ad primam, de qua certum nuncium habemus, in Boeotiam immigrationem pervenimus, quae cum in Boeotiae, tum in totius Graeciae rerum statu permulta mutavit. Exhibet enim Thucydides [1]) Βοιωτοί τε γὰρ οἱ νῦν, ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν, τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν. Deinde additur, jam antea eorum sectionem in Boeotia sedes habuisse, quae in antecedentibus attigi. Müllerus [2]), Thucydidem hac in re solum Homerum secutum esse arbitratur, atque de manca navium catalogi historica fide bene disseruit. Tamen ille mihi in hac tota disputatione, quae unam nobis Boeotorum immigrationem proponit, non plane persuasit. Etiamsi Thucydidi ad explicationem vocis Βοιωτῶν, quam in Homero ante oculos habebat, respiciendum erat, attamen ejus verba: ἦν δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδασμός etc. speciem opinionis, quam solus in promptu habuerit, non praebent, sed nuncium ille, de quo dubitari nequit, nobiscum communicare videtur. Res ipsa terrarum vicinitate declarari potest,

1) I, 12.
2) p. 394.

et quamquam Homericae auctoritati hac in re parum tribuo, tamen praeter conjecturas non habemus, quod ei atque Thucydidi opponatur.

Huic coloniae etiam Cadmei admisti fuerunt, qui a Thracibus Pelasgisque expulsi Thessaliae Thebas condidisse videntur, atque post aliquod tempus simulcum Boeotis in pristina domicilia remeaverunt. Ita enim Ephorus apud Strabonem [1]) de Cadmeis: Κατὰ δὲ τούτους ὀλίγον χρόνον ἐκπεσόντες τὰς Θήβας ἐπανῆλθον πάλιν· ὡς δ' αὔτως ὑπὸ Θρᾳκῶν καὶ Πελασγῶν ἐκπεσόντες ἐν Θετταλίᾳ συνεςήσαντο τὴν ἀρχὴν, μετὰ Ἀρναίων ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὥςε καὶ Βοιωτοὺς κληθῆναι ἅπαντας. Εἶτ' ἀνέςρεψαν εἰς τὴν οἰκείαν etc. Incidit hoc in idem tempus, quo ex Aulide Boeotiae agmen aeolicum Orestis filiis ducibus navigans Asiam petebat. [2])

Qua immigratione facta, evertitur imperium Minyarum, quorum multi simul cum expulsis Cadmeis alias sedes quaerunt, ita ut hoc modo duae Boeotiae sectiones ad unum corpus redigantur [3]) quam ejus formam etiam

---

1) IX. §. 3.

2) Strabo ibid. ἀνέςρεψαν . . . . ἤδη τοῦ Αἰολικοῦ ςόλου παρεσκευασμένου περὶ Αὐλίδα τῆς Βοιωτίας, ὃν ἔςελλον εἰς τὴν Ἀσίαν οἱ τοῦ Ὀρέςτου παῖδες.

3) Idem ibid. de Boeotis προσθέντες δὲ τῇ Βοιωτίᾳ τὴν Ὀρχομενίαν (οὐ γὰρ ἦσαν κοινῇ πρότερον, οὐδ' Ὅμηρος μετὰ Βοιωτῶν αὐτοὺς κατέλεξεν, ἀλλ' ἰδίᾳ Μινύας προσαγορεύσας.

postea in historia videmus. Sane permultae gentes, tum Boeotiam tenuerunt, inter quas Minyae atque Cadmei eminebant. Reperiuntur praeter eas [1]) Gephyraei, Aones, Temmici, Leleges, Hyantes, de quibus, quo post occupatas ab hoste urbes se contulerint, singulatim perscrutari, veterum testimonia non suppetunt. Partim emigrasse, partim remansisse videntur. Gephyraeis qui Tanagrae habitabant, Athenae suffugium praebent, atque Eleutherarum incolae cultum Bacchi Eleutheris in Atticam transferunt. [2]) Etiam mihi sub nomine Θηβαγενεῖς, qui Thebis reperiuntur, Cadmei quidam relicti latere videntur, ut voluit Müllerus. [3])

Thebarum restitutio inter prima magna incepta fuit, in quae Boeotorum colonia conspirabat. Neque enim, quod innituri erant, foederi certum caput praeponi debebat, atque splendor, quo quondam Thebae viguerant, bo-

1) Strabo IX, 3. Ἡ δὲ νῦν Βοιωτία πρότερον μὲν ὑπὸ βαρβάρων ᾠκεῖτο Ἀόνων καὶ Τεμμίκων ἐκ τοῦ Σουνίου πεπλανημένων, καὶ Λελέγων, καὶ Ὑάντων.

2) V. Boeckh in Dissert. de Leneis etc. quae continetur in opere Abhandlungen der Königl. Academie der Wissenschaften aus den Jahren 1816 u. 1817. cf. Müller p. 396 atque aliis locis, qui singula quaedam addidit.

3) p. 397.

na loci auspicia, quibus veteres saepenumero pelliciebantur, ejusmodi honorem facilius huic, quam ulli ceterarum urbium conciliare poterant. Quo facto Thebarum Boeoti potissimum ii fuerunt, qui e singulis Boeotiae urbibus veteres incolas expellebant, atque in iis novum foederis imperium fundabant. Hac de re insignis locus apud Thucydidem exstat, ex quo apparet, Plaetaearum urbem postremam fuisse, quae hoc modo in Boeotorum societatem recipiebatur. Nam dicunt apud eum Thebani: [1]) ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς (sc. Plataeensibus) διάφοροι ἐγενόμεθα τοπρῶτον, ὅτι, ἡμῶν κτισάντων Πλάταιαν ὕστερον τῆς ἄλλης Βοιωτίας, καὶ ἄλλα χωρία μετ' αὐτῆς, ἃ ξυμμίκτους ἀνθρώπους ἐξελάσαντες ἔσχομεν etc.

Superest de singulis civitatibus dicere, quae foederis participes erant. De quibus quamquam singulatim nobis relatum non est, tamen duodecim fuisse persuasum habeo propter causam, quae in sequentibus, ubi de boeotarchis sermo erit, enarrabitur. Hunc numerum ut extricemus, partim urbium auctoritatem, partim singula quaedam de iis nobis relicta pro duce habeamus.

Praeponimus summae rerum Thebas, cui civitati prima inter pares esse statim ab initio

---

1) III, 61.

a ceteris concedebatur. [1]) De Thespiis eas in foedus receptas fuisse colligimus e septingentis illis militibus, [2]) qui Leonidam contra Persas sequuntur. Idem evincitur de Orchomeno atque Coronea, quae ab iisdem Boeotis, qui Thebas restituunt, et eodem tempore occupantur. [3]) Praeterquam Coronea Minervae Itoniae sedes principalis fuit, de cujus Deae cultu postea, ubi foederis sacra quaedam commemoramus, nobis disserendum erit. Quibus addimus Chaeroneam, de cujus senatu nobis relictum est in duabus inscriptionibus apud Clarkium [4]) exaratis. Etiam de Lebadea, Haliarto, Onchesto, Eleutheris, Chalia, Anthedone Copis vix dubitari potest, quamquam de Eleutheris Strabo [5]) ὡς οἱ μὲν τῶν Πλαταιῶν, οἱ δὲ τῆς Βοιωτίας φασιν. Plataeae, antequam ad Athenienses deficiebant, receptae fuerunt, quippe quod ex loco, quem antea adscripsi, thucydideo patet. Postea aliam urbem in ejus locum sub-

1) Idem ibid de Plataeensibus οὐκ ἠξίουν οὗτοι, ὥσπερ ἐτάχθη τὸ πρῶτον ἡγεμονεύεσθαι ὑφ' ἡμῶν.

2) Herodot. VII, 202 ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι etc.

3) Strabo IX § 29 de Coronea κατέλαβοντο δ' αὐτὴν ἐπανιόντες ἐκ τῆς Θετταλικῆς Ἄρνης οἱ Βοιωτοὶ μετὰ τὰ Τρωϊκά, ὅτε περ καὶ τὸν Ὀρχομενὸν ἔσχον etc.

4) Itin. P. II, S. III p 139.

5) IX, 411.

substitutam esse verisimile fit, fortasse Larymnam, quae Pausania teste, [1]) olim Opuntiorum vectigalis post auctum Thebanorum imperium ultro se Boeotis adjunxit. Maxime judicium fluctuat de Oropo, quae aliquoties dominos commutasse videtur. [2])

His quidem civitatibus opportuno terrarum situ adjutis, si intestinis discordiis nunquam aditum dedissent, is rerum status redundare potuisset, qui homines ad publicam atque privatam felicitatem perducere valet. At recte verba Thucydidis, quamquam ad omnes Graecos respiciunt, etiam in hanc Boeotorum consociationem singulatim referri possunt: καὶ ἐπέπεσε πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ στάσιν ταῖς πόλεσι, γιγνόμενα μὲν, καὶ ἀεὶ ἐσόμενα, ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ, μᾶλλον δὲ, καὶ ἡσυχαίτερα, καὶ τοῖς εἴδεσι διηλλαγμένα, ὡς ἂν ἕκασται αἱ μεταβολαὶ τῶν ξυντυχιῶν ἐφιστῶνται. ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ καὶ ἀγαθοῖς πράγ-

1) IX, 23 § 4 καὶ συνετέλει δὲ ἐς Ὀποῦντα ἡ Λάρυμνα τὸ ἀρχαῖον Θηβαίων δὲ ἐπὶ μέγα ἰσχύος προελθόντων, τηνικαῦτα ἑκουσίως μετετάξαντο ἐς Βοιωτούς. De duabus Larymnis, quas Strabo IX p 280 accipit cf. Tzschuck. ad Mel. II, 3.

2) De supra dictis civitatibus cf. Thuc. IV, 93 ubi Boeotorum acies in pugna Deliensi recensetur. Dextrum cornu tenen soli Thebani, mediam aciem populi circa Copaidem lacum Thespienses, Tanagraei atque Orchomenii in sinistro positi erant.

μασιν αἵ τε πόλεις, καὶ οἱ ἰδιῶται ἀμείνους τὰς γνώμας ἔχουσι, διὰ τὸ μὴ ἐς ἀκουσίους ἀνάγκας πίπτειν· ὁ δὲ πόλεμος, ὑφελὼν τὴν εὐπορίαν τοῦ καθ' ἡμέραν, βίαιος διδάσκαλος, καὶ πρὸς τὰ παρόντα τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ. [1])

§. 5. *Appendix.*

Postremo ad conjecturam ego adducor, de qua eam ab aliis nondum esse propositam mihi mirum videtur. Quamquam enim Thebas in bello Epigonorum eversas esse vulgo accipitur, quia earum nomen apud Homerum plane evanuit, hujus rei tamen certum indicium nusquam exstat, ita ut nobis in hanc historiae partem inquirentibus suspicio excitetur. Pausanias [2]) de Thebarum expugnatione narrat: τὰς δὲ Θήβας ἑλόντες οἱ Ἀργεῖοι παραδιδόασι Θερσάνδρῳ Πολυνείκους παιδί. Nil igitur de urbis eversione, quam Thucydides quoque nusquam commemorat. Strabo, [3]) ubi de loco Homeri, in quo nonnisi Hypothebae commemorantur, exhibet, veteres ipsos hac de re jam dubitasse adserit: οἱ μὲν δέχονται πολίδιόν τι Ὑποθήβας καλούμενον, οἱ δὲ τὰς Ποτνίας· τὰς γὰρ Θήβας ἐκλελεῖφθαι διὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων στρατείαν, καὶ μὴ μετασχεῖν τοῦ πολέμου τοῦ Τρωϊκοῦ. οἱ δὲ μετασχεῖν μὲν οἰκεῖν δὲ ὑπὸ τῇ

1) III, 82.
2) IX, 5.
3) IX §. 32.

Καδμεία τότε ἐν τοῖς ἐπιπέδοις χωρίοις, μετὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων ἔφοδον, τὴν Καδμείαν ἀδυνατοῦντας ἀνακτίσαι· ἐπεὶ δ᾽ ἡ Καδμεία ἐκαλεῖτο Θῆβαι, ὑπὸ Θήβας εἰπεῖν ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ οἰκοῦντας τὸν ποιητὴν τοὺς τότε Θηβαίους. Auctor, ut videmus, nonnisi Thebas desertas fuisse (ἐκλελεῖφθαι) dicit, porroque nos docet, veteres nomen Thebarum etiam arci indidisse, id quod etiam ex nomine Hypothebae extricatur. Apud Pausaniam, Thebas exortas esse post Cadmeam legimus, atque hanc urbi, quae ad radices montis sita serie temporum amplificabatur, denique pro arce fuisse. [1]) Hypothebae autem Homero urbs haud levis momenti fuit, si quid colligere licet ex illo addito ἐϋκτίμενον πτολίεθρον, quod praeter hanc urbem in Boeotia nonnisi Medeon accepit. [2])

Quae cum conjungamus, Argivos nonnisi Cadmeam evertisse autumaverim, praesertim cum urbem, quam Thersandro tradere decre-

1) IX, 5. Κάδμος δὲ τὴν πόλιν τὴν καλουμένην ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Καδμείαν ᾤκισεν. αὐξηθείσης δὲ ὕστερον τῆς πόλεως οὕτω τὴν Καδμείαν ἀκρόπολιν συνέβη τῶν κάτω γενέσθαι Θηβῶν. Ceterum recentissima aetate Cadmeae nomen evanuit, atque urbs Thebae nominari coepit. Id. c. 7 τὴν δὲ ἀκρόπολιν οἰκοῦσι Θήβας, καὶ οὐ Καδμείαν καλουμένην.

2) Iliad. II, 505. De nomine cf Paus. II, 5 ἀπὸ δὲ Θήβης τὴν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ κληθῆναι. Idem n. 6 de Homero ἀποκρίνων τὴν κάτω πόλιν (ἐμοὶ δοκεῖν) ἀπὸ τῆς Καδμείας. cf Tzschuck. ad Mel. II, 3.

verant, delendi ne causa quidem subesset, Boeotos vero occupasse urbem, quae quamquam incolis nudata novo imperio jam inde ab ortu aptam sedem praebere potuit.

Caput secundum.

De Thebanorum ad Persas defectione.

§. I. *De Thebanorum re publica quaedam.*

Antequam defectionem ad Persas aggrediamur, ad Thebarum rei publ. statum paucis respiciamus, ex quo jam veteres ipsi hanc defectionem derivarunt. Etiam nos, quamquam eam pro unica causa non habemus, quin aliquid a nobis ei tribuatur, non facere possumus. De ipsa vero defectione nos paulo prolixius egisse, nemini alienum videbitur, cum foedus tum temporis summopere concussum atque distentum ea nobis in oculorum conspectum adduci intellexerit.

E perpaucis illis, quae de Philolai legislatione inter Thebanos apud Aristotelem nobis reseravantur, fragmentis videmus, novos Thebanos jam inde ab initio in rebus humanis instituendis longius processisse, quam Atheniensium de finitimis Boeotis iniqua judicia secuti arbitraremur. Etiamsi ex hac legisla-

tione nihil ad posteros pervenisset, jam ex ipsa Philolai historia eam corinthiam fuisse colligeremus. Idem nunc instituta ipsa probant. Lege cautum erat, [1]) ne quis magistratum gereret, nisi per decem annos omnibus, quae ad vitam sustentandam pertinent, abstineret. Proinde civibus quidem mercaturam, aliasque res tractare concessum erat, ab honoribus vero tunc excludebantur, cujus rei apud Athenienses plane nullum exstat vestigium, ubi celeberrimi demagogi e. g Cleon, Hyperbolus etc. domi permulta, quae a veteribus in honesta non referebantur, negotia exercuerunt. Quo fieri debebat, ut nonnisi qui in agrorum, quos servis colendos tradebant, possessione erant, magistratus munera ambirent, atque magnum hocce modo muneribus publicis honorem conciliatum videmus. Exinde tum Thebanos aristocratia coercitos fuisse adparet, quae postea haud dubie simul cum ipsa Philolai legum auctoritate evanuit. Nam aegre ferendum est, id tempus, quo Thebani primum in aliam rei publ. gerendae formam transierint, accurate definiri non posse. Omnes fere Graeci pro indole naturae, cum primum firmas

1) Aristot. Polit. III, 5. ἐν Θήβαις δὲ νόμος ἦν τὸν δέκα ἐτῶν μὴ ἀπεσχημένον τῆς ἀγορᾶς μὴ μετέχειν ἀρχῆς.

sedes tenere coepissent, ad democratiam viam sibi munierunt, atque ejusmodi consilium, cui partim majores partim minores difficultates apud singulos populos serie temporum obsistebant, nunquam omiserunt. Itaque eodem tempore ad finem non pervenerunt, atqne fieri potuit, ut nonnullae civitates, quae casibus fortunae implicitae rei publ. formam jam relictam resumere cogebantur, quodammodo retrocessisse viderentur, cujus rei apud ipsos Thebanos insigne exemplum in sequentibus videbimus.

Ea tempestate, qua res totius Graeciae Persarum invasione concussae erant, singulis quibusdam regnum invadere Thebis contigisse videtur, quippe quod postea e locis veterum extricare conabimur. At haec tyrannis statim post expulsos e Graecia hostes democratiae cessit, quia infelici ad Oenophyta proelio facto Thebis democratiam dissolutam esse relatum legimus. Exhibet enim Aristoteles: [1]) διὰ καταφρόνησιν δὲ καὶ στασιάζουσι καὶ ἐπιτίθενται· οἷον ἔν τε ταῖς ὀλιγαρχίαις, ὅταν πλείους ὦσιν οἱ μὴ μετέχοντες τῆς πολιτείας· κρείττους γὰρ οἴονται εἶναι· καὶ ἐν ταῖς δημοκρατίαις οἱ εὔποροι, καταφρονήσαντες τῆς ἀταξίας καὶ ἀναρχίας· οἷον καὶ ἐν Θήβαις μετὰ τὴν ἐν Οἰνοφύτοις μάχην, κακῶς πολιτευομένων ἡ δη-

---

1) Polit. V, 3.

μοναρχία διεφθάρη. Locus mirus videtur, quia primo adspectu plane contrarium concludere potuissemus, id est, vel democratiam exemplo Atheniensium magis magisque stabiliendam, vel, nisi tum nondum viguisset, instituendam. At reputandum est, Atheniensibus hoc tempore, ut Thebas occuparent, non contigisse, [1]) ideoque eorum vires ad statum Thebarum commutandum non suppetivisse, id quod tum in ceteris Boeotiae civitatibus certe factum sit. [2]) Nam hoc modo se habuerunt res apud Boeotos ea quae nunc sequitur aetate, ut vel Atheniensium vel Lacedaemoniorum auctoritas eo ordine, quo utraque civitas evecta atque destituta erat, in Thebanorum rempubl. administrandam influxerit, quapropter arce a Phoebida occupata decemviris regebantur, hisque tyrannis expulsis democratiam sub certis legibus sibi restituebant.

Locus Aristotelis rem, quam in utraque civitate videmus, quae democratiam arctis finibus coercere non valuerat, aperto exemplo

1) Diod. S. IX. p. 466. ed. Wes. ὁ Μυρωνίδης πασῶν τῶν κατὰ Βοιωτίαν πόλεων ἐγκρατὴς ἐγίνετο πλὴν Θηβῶν.
2) Nam idem XII, p. 481. de Boeotiae civitatibus post pugnam ad Coroneam: τηλικαύτης δὲ συμφορᾶς γενομένης τοῖς Ἀθηναίοις ἠναγκάσθησαν ἀφεῖναι τὰς πόλεις ἁπάσας τὰς κατὰ τὴν Βοιωτίαν αὐτονόμους εἶναι, ἐὰν τοὺς αἰχμαλώτους ἀπολάβωσιν.

probat. Ita enim fert imperii natura ut una ejus forma semper ex altera originem capiat. In civitate, quam pauci quidam auctoritate sua adjuti sibi subjecerant, ubique remanebunt, qui numero praevalentes imperii sibi restituendi occasionem quaerent atque reperient. Quodsi eo perductum est, ut populo, qui omnia jura in pace atque bello usurpare coeperat, frena injici nequeant, civitas ad talem virium diminutionem brevi redigetur, ut iterum singulis quibusdam regno potiri non difficile esset. Hoc postremum Thebis factum est post commemoratam pugnam. Tamen ad democratiam haud dubie brevi redierunt, posteaque vel in partes Atheniensium vel Lacedaemoniorum inclinati inter democratiam atque aristocratiam fluctuarunt. Utraque enim harum civitatum, ut suam reipubl. formam propagaret, summopere nitebatur, atque Boeotiae urbes ipsae, simulac quid innovare decreverant, illius civitatis auxilium implorabat, cum cujus statu haec rerum novatio maxime congrueret. Exemplum affert Diodorus Siculus [1]) ex aetate proelii Deliensis: τῶν Βοιωτῶν τινὲς δυσαρεστούμενοι τῇ τότε πολιτείᾳ, καὶ σπεύδοντες δημοκρατίαν ἐν ταῖς πόλεσι κατα-

1) XII, p. 526.

στῆσαι, διελέχθησαν περὶ τῆς ἰδίας προαιρέσεως τοῖς Ἀθηναίων στρατηγοῖς Ἱπποκράτει καὶ Δημοσθένει, καὶ κατεπηγγέλλοντο παραδώσειν τὰς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεις. De eadem re Thucydides: [1]) τῷ γὰρ Ἱπποκράτει καὶ ἐκείνῳ τὰ Βοιωτικὰ πράγματα ἀπό τινων ἀνδρῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπράσσετο, βουλομένων μεταστῆσαι τὸν κόσμον καὶ ἐς δημοκρατίαν, ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι, τρέψαι, Athenienses rem eum in modum praeparaturi erant, ut loca quaedam condicta die sibi dederentur, Boeotorumque vires pluribus locis divisae minuerentur. Atqui sperabant, εἰ καὶ μὴ παραυτίκα νεωτερίζοι τι τῶν κατὰ τὰς πολιτείας τοῖς Βοιωτοῖς . . . ἀλλὰ χρόνῳ . . . . καταστήσειν αὐτὰ ἐς τὸ ἐπιτήδειον i. e. in modum sibi commodum, quo non singuli (oligarchi) sibi obsisterent, sed totum populum ad partes suas attraherent. Ceterum Boeoti ipsi postea democratiam tali amore amplexi sunt, ut harmostas in Peloponnesum dimiserint, qui eam ibi instituere conarentur. [2])

Cui flnxui verum lux demum oborta est aetate Epaminondae, qui primum viribus Boeotiae in unum collectis ad magnum quoddam consilium perficiendum uti valuit.

§. 2. *Quaedam ex historia Boeotorum, quae Persarum invasionem praecedit.*

Jam recurramus ad ea, quae nostrae disquisitioni viam aperient, nempe ad Boeotorum

---

1) IV, 76. 2) Xenoph. Hell. VII, 1, 42. 43.

res gestas ante defectionem Thebanorum ad Persas.

Inter Boeotos atque Athenienses, quorum his interim felicior rerum status ad opes augendas, finesque propagandos suppetierat, inde ab magnis illis in Boeotia commutationibus, quod antea viguerit commercium plane turbatum videtur. Fortasse Athenienses populum, qui immigraverat, atque natura moribusque dispar haud procul a finibus tantos imperii progressus faciebat, aegre tulerunt, atque ne quid inde sibi periculi exoriretur curarunt. E contrario etiam fieri potuit, ut Boeoti finitimorum potentiae valde inviderent. Quod quodammodo perspicitur ex historia Pisistrati, qui cum in Euboea insula viveret exul, potissimum Thebanos mutuo foedere sibi adjunxerat, atque ab his in consiliis suis erga Atheniensium libertatem ineundis re [1]) atque animo valde sustentabatur. At paulo post apertum bellum inter Athenienses atque Boeotos primum erupit, quia tum Lacedaemonii tum Boeoti maximo in Athenienses odio flagrabant, ex quo hi, ad imperium suum firmandum cum Persis, quibuscum hucusque plane nulla

1) Herodot. I, 61 de ope, quam Graeci Pisistrato contra Athenienses ferebant; Θηβαῖοι ὑπερβάλλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων.

societas exstiterat, foedus icere studuerant. [1] Itaque primum Athenienses conatos esse videmus, quod postea erga Thebanorum populum animos adeo excitavit, ut quidam eos graeco nomine fere indignos putarent, quamquam Athenienses ad ejusmodi consilium ea rerum necessitate, qua populationi hostium expositi Thebani, non cogebantur. De quo foedere attici scriptores plerumque conticuerint, quia, ut iniretur, non contigit. Attamen ut quondam omnes Europae gentes, cum Franciscus I. Gallorum rex cum Turcis primum iceret foedus, ejusmodi impium facinus reformidabant, contraque eum se armabant, hac quoque aetate Cleomenes omnes Peloponnesios facile partibus suis conciliare valuit. Hoc modo aliquatenus excusatum velim, si Boeoti simul cum Cleomene ἀπὸ συνθήματος [2]) Atheniensium fines invadebant, locosque sibi imminentes occupabant. Animo enim valde adaucti fuerant, ex quo Athenienses infectis rebus cum Persis egisse nuncius acceptus es-

1) Idem de Atheniensibus V, 73. πέμπουσι ἀγγέλους ἐς Σάρδις, συμμαχίην βουλόμενοι ποιήσασθαι πρὸς Πέρσας.

2) Herod. V, 74. καὶ οἱ Βοιωτοὶ ἀπὸ συνθήματος Οἰνόην αἱρέουσι, καὶ Ὑσίας, δήμους τοὺς ἐσχάτους τῆς Ἀττικῆς.

set. Haud dubie foedus accepta ab Atheniensibus clade firmius redditum est, quod ultionis desiderium civitates ad oraculum Apollinis [1]) quaerendum, atque populi concilia cogebat. [2]) Nam adeo Athenienses odio in Boeotos indulserant, ut catenas, quibus Boeoti atque Chalcidenses captivi vincti fuerant, ad omnium temporum memoriam in acropoli suspenderent, inscriptione adjecta, [3]) qua ejusmodi inhonestum tropaeum Palladi publice sacrabant. Si nobis accipiendum est, Athenienses cum pristinis Boeotiae incolis arctiore affinitatis vinculo conjunctos fuisse, hujus contra novos accolas odii causa suppeditatur. Nam postea tales inter Graecos injuriae illatae non reperiuntur, atque in eodem bello Athenienses contra Lacedaemonios pari infamia non sunt usi, quamquam hi omnium primi contra eos bellum excitaverant. Ceterum illud, de quo dixi, tropaeum ab Herodoto ipso adhuc

1) Idem V, 79. Θηβαῖοι δὲ μετὰ ταῦτα εἰς θεὸν ἔπεμπον, βουλόμενοι τίσασθαι Ἀθηναίους.

2) Id. ibid. ἀπελθόντων δὲ ὦν τῶν θεοπρόπων, ἐξεφέρον τὸ χρηστήριον, ἁλίην ποιησάμενοι.

3) Hoc tetrastichon v. apud eundem V, 77.

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
Παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐν πολέμου,
Δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν·
Τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' ἔθεσαν.

visum est, ita ut infamia e memoria Boeotorum effugère non posset.

Quae utut sunt, post hanc infelicem expeditionem, cum potius Boeotos firmius contra externos hostes inter se junctum iri exspectasses, illa intestina singularum Boeotiae civitatum discordia animos occupavit, quae etiam in persico bello, ad quod nunc nos convertamus, haudquaquam cessit.

§. 3. *Inquiratur in causas defectionis.*

Tempore primae Persarum invasionis res Graecorum valde afflictas reperimus, omnesque instante, quod nunquam timuerant, gravissimo periculo adeo perculsi fuerunt, ut de sensu civium in singulis civitatibus quid certi colligere difficile videretur. Imo Athenienses, qui impetum fortiter sustinebant, non omnes eodem animo fuerunt, [1]) atque mirum non est, si aegrius una civitas alteri auxilium ferebat, quia nulli certa fides haberi poterat. Paulo post Thebani simul cum ceteris Boeotis aquam et ignem porrigebant, quia primo adventantium hostium periculo expositi erant.

---

1) Herod. VI, 109 ubi Miltiades ante pugnam Marathoniam ad duces *ἢν μὲν νῦν μὴ συμβάλωμεν, ἔλπομαί τινα στάσιν μεγάλην ἐμπεσοῦσαν διασείσειν τὰ Ἀθηναίων φρονήματα, ὥστε μηδίσαι.*

Fortasse haec res levioris momenti est, [1]) quam vulgo accipitur, praesertim cum postea Thebani Leonidae auxilium mittere haud dedignati sunt. Hoc loco, quia Thebanos, quoad fieri potest purgare nobis proposuimus, primum respiciamus ad Plutarchum, qui contra Herodotum eos defendere conatus est. [2]) Nam de Herodoti erga Thebanos iniquitate jam antea questus erat Aristophanes Boeotus, cujus scripta si nobis reservata essent, his omnibus fortasse clariorem lucem afferrent. [3]) Ut nunc se res habet, quin Plutarcho, quamquam amore patriae ad scribendum adductus videtur, in singulis quibusdam adsentiamus, non facere possumus. Dicit enim Herodotus [4]) de exercitu Leonidae: Θεσπιέες δὲ καὶ Θηβαῖοι κατέμειναν μοῦνοι παρὰ Λακεδαιμονίοις· τουτέων δὲ Θηβαῖοι μὲν ἀέκοντες ἔμενον καὶ οὐ βουλόμενοι· κατεῖχε γάρ σφεας Λεωνίδης ἐν ὁμήρων λόγῳ ποιεύμενος· Θεσπιέες δὲ ἑκόντες

---

1) Jam antea etiam Atheniensium apud Persas legati aquam et ignem porrigere promiserant, quamquam invita civitate Id. VI, 73. οἱ δὲ ἄγγελοι ἐπὶ σφέων αὐτέων διδόναι (sc. aquam et ignem) ἔφασαν ... οὗτοι μὲν δὴ ἀπελθόντες ἐς τὴν ἑωυτῶν, αἰτίας μεγάλας ἔχον

2) In opella ejus de malignitate Herodoti.

3) Plut. de mal. Her. p 472 ed. Wyt. ὁ δὲ Ἡρόδοτος τῷ Ἀριστοφάνει μεμαρτύρηκε, δι' ὧν τὰ μὲν ψευδῶς, τὰ δὲ διὰ τὰ δὲ ὡς μισῶν καὶ διαφερόμενος τοῖς Θηβαίοις ἐγκέκληκε.

4) VII, 22.

μάλιστα. His verbis Plutarchus, [1]) et me judice quidem satis acute, adspersit. Εἶτα οὐ δῆλος ἐστιν ἰδίαν τινὰ πρὸς Θηβαίους ἔχων ὀργὴν καὶ δυσμένειαν ὑφ' ἧς οὐ μόνον διέβαλε ψευδῶς καὶ ἀδίκως τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ πιθανοῦ τῆς διαβολῆς ἐφρόντισεν, οὐδέ ὅπως αὐτὸς ἑαυτῷ τὰ ἐναντία λέγων παρ' ὀλίγους ἀνθρώπους οὐ φανεῖται συνειδώς; προειπὼν γάρ· „ὡς ὁ Λεωνίδης ἐπεὶ τ' ἤσθετο τοὺς „συμμάχους ἐόντας ἀπροθύμους, καὶ οὐκ ἐθέλοντας συγκιν„δυνεύειν, κελεύσας σφέας ἀπαλλάττεσθαι.“ πάλιν μετ' ὀλίγον λέγει· „τοὺς Θηβαίους ἄκοντας αὐτὸν κατασχεῖν“ οὓς εἰκὸς ἦν ἀπελάσαι καὶ βουλομένους παραμένειν, εἰ μηδίζειν αἰτίαν εἶχον. „Ὅπου γὰρ οὐκ ἐδεῖτο τῶν μὴ προθύμων, τί χρήσιμον ἦν ἀναμεμίχθαι μαχομένοις ἀνθρώπους ὑπόπτους; Οὐ γὰρ δὴ φρένας εἶχεν τοιαύτας ὁ τῶν Σπαρτιατῶν βασιλεὺς καὶ τῆς Ἑλλάδος ἡγεμών, ὥστε κατέχειν ἐν ὁμήρων λόγῳ τοῖς τριακοσίοις τοὺς τετρακοσίους (sc, Thebanos) ὅπλα ἔχοντας, καὶ προσκειμένων ἔμπροσθεν ἤδη καὶ ὄπισθεν ἅμα τῶν πολεμίων. In sequentibus addit Leonidam, Thebanos si eos revera obsidum loco habuisset, abeuntibus traditurum fuisse, ac demum in fine aperte expromit, Thebanos Leonidae haudquaquam suspectos ei vel pro fidelibus sociis valuisse.

Quaedam sunt, quibus haec Plutarchi opinio sustentetur Thebanos. enim in duas factiones tum divisos valde fluctuasse jam inde adparet, quod idem populus, qui paulo post

---

1) Ibid, p. 472.

Persas sustentabat, antea auxilium ad Thermopylas defendendas a Graecis efflagitatum extemplo praestiterat. Certe Leonidas Thebanorum milites ne rem Graecorum proderent veritus non est, alioquin eos ad expeditionem tam honestam, cui alii quoque Graeci sufficere poterant, non vocasset. At jam auxilium quod mittitur ipsum mirum est. Reperimus quadringentos, qui Leonidae praesto sint, Thebanos, cum contra a multo minoribus Thespiis septingenti collocentur. [1]) Hoc factnm nonnisi e rerum statu, qui Thebis tum fuerit, declarari posse videtur. De eo Thebani ipsi apud Thucydidem, [2]) ubi coram Plataeensibus Lacedaemoniisque foedus cum Persis ut quodammodo purgarent operam dant: ἡμῖν μὲν γὰρ ἡ πόλις τότε ἐτύγχανεν οὔτε κατ᾽ ὀλιγαρχίαν ἰσόνομον πολιτεύουσα, οὔτε κατὰ δημοκρατίαν. ὅπερ δέ ἐστι νόμοις μὲν καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον, ἐγγυτάτω δὲ τυράννου, δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν εἶχε τὰ πράγματα. καὶ οὗτοι, ἰδίας δυνάμεις ἐλπίσαντες ἔτι μᾶλλον σχήσειν, εἰ τὰ τοῦ Μήδου κρατήσειε, κατέχοντες ἰσχύϊ τὸ πλῆθος, ἐπηγάγοντο αὐτόν. καὶ ἡ ξύμπασα πόλις οὐκ αὐτοκράτωρ οὖσα ἑαυτῆς τοῦ-

---

1) Herod. VII, 202 ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι.

2) III, 62.

τρῦτ' ἐπράξη, οὐδ' ἄξιον, αὐτῇ ὀνειδίσαι, ἂν μὴ μετὰ νόμων ἥμαρτε. Quod testimonium, quia de se ipsis Thebani expromunt, nobis non sufficeret, nisi aliis affirmaretur. Exhibet Plutarchus: [1]) ἡ δὲ μάχη (sc. ad Plataeas) λέγεται μάλιστα κατὰ Θηβαίους γενέσθαι προθυμότατα, τῶν πρώτων καὶ δυνατωτάτων τότε παρ' αὐτοῖς μηδιζόντων, καὶ τὸ πλῆθος οὐ κατὰ γνώμην, ἀλλ' ὀλιγαρχούμενον ἀγόντων, atque Pausanias: [2]) παράσταιεν δὲ (sc. Thebani) καὶ δεύτερον Ἀθηναίοις ἀντιταξάμενοι περὶ Πλάταιαν, ἡνίκα δοκοῦσιν ἑλέσθαι τὰ βασιλέως Ξέρξου πρὸ τῶν Ἑλληνικῶν. Τῆς δὲ αἰτίας ταύτης δημοσίᾳ σφίσιν οὐ μέτεστιν, ὅτι ἐν ταῖς Θήβαις ὀλιγαρχία καὶ οὐχὶ ἡ πάτριος πολιτεία τηνικαῦτα ἴσχυεν. εἰ γ' οὖν Πεισιστράτου τυραννούντων ἔτι τῶν παίδων Ἀθήνησιν ἀφίκετο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ὁ βάρβαρος, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ καὶ Ἀθηναίους κατέλαβεν ἂν ἔγκλημα Μηδισμοῦ. Huc accedit, Graecos post commissum proelium nil prius curasse, nisi quod singuli quidam Thebani Persarum partibus addicti sibi traderentur. [3]) Itaque de tyrannide sub singulis quibusdam dominis nil dubii esse potest, utpote

1) v. Aristid. 330. B. ed Xdl. c. 18.

2) Pausan. IX, 6. cf. Aristides rhetor in oratione ὑπὲρ Λακεδαιμονίων T. I. p. 449. ed. Jebb.

3) Herod. IX, 86 ubi post pugnam Plataeensem σφι (sc. Graecis) ἐδόκεε στρατεύεσθαι ἐπὶ Θήβας, καὶ ἐξαιτέειν αὐτέων τοὺς μηδίσαντας.

qui hoc demum tempore, quo rerum conturbatio ejusmodi consilium contra libertatem ineundum valde adjuvabat, imperium sibi vindicasse videntur populo nequicquam resistente. Nam de illis quadringentis Thebanorum militibus exhibet Diodorus, [1]) ubi Leonidae copiae ad Thermopylas enumerantur: ὁμοίως δὲ καὶ Θηβαίων ἀπὸ τῆς ἑτέρας μερίδος ὡς τετρακόσιοι· διεφέροντο γὰρ οἱ τὰς Θήβας κατοικοῦντες πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς πρὸς τοὺς Πέρσας συμμαχίας. Exinde adparet, illos quadringentos Thebanos in popularium numerum referendos esse, qui statim inde ab ortu belli e fluxu thebanarum rerum se proripuerant, postea vero, urbe a tyrannis oppressa, cum praeterquam e auxilio Graecis ferendo nil sibi salutis redundaturum cognoscerent, ultro domum redibant. Certe tyranni postea partibus Persarum maxime addicti fuerunt, quia ab his solis imperium iis firmari poterat. Eo tempore, quo Themistocles cum copiis in Thessalia erat, Boeoti Persis nondum favisse videntur. [2]) At paulo post cum Persae in mediam Graeciam jam irrupissent,

1) XI. p. 407.

2) Plutarch. v. Themist. c. 7. de hoc duce ἐξήγαγε πολλὴν στρατιὰν εἰς τὰ Τέμπη μετὰ Λακεδαιμονίων, ὡς αὐτόθι προκινδυνευσόντων τῆς Θετταλίας οὔπω τότε μηδίζειν δοκούσης. ἐπεὶ δ' ἀνεχώρησαν ἐκεῖθεν Θετταλῶν βασιλεῖ προσγενομένων, ἐμήδιζε τὰ μέχρι Βοιωτίας.

omnes Graeci in tres factiones discesserunt, quarum una certaminibus plane exempta, altera hostibus adjuncta fuit, atque tertia salutem omnium servavit. [1])

Quae cum ita se habeant, tamen ipsum populum Boeotorum omnis culpae expertem haud judicaverim. Aegrius enim Boeotorum tyrannis, ut jam ante adventum hostium imperio potirentur, contigisset, si populus eodem quo ceteri Graeci animo fuisset, unoque tenore resistere voluisset. Quidni ejusmodi contra libertatis oppressores consilium, si id fortiore quam factum est animo capere decrevissent, a Graecis, quorum copiae haud procul aberant, summopere sustentatum esset. At omnes attoniti erant ingenti quod instabat periculo, [2]) multique Persis omnino resisti

1) Aristid. T. II, p. 183. ἦσαν τῶν Ἑλλήνων μερίδες τρεῖς, ἡ μὲν ἐξ ἀπραγμάτων, ὥσπερ Ἀργεῖοι καὶ Κερκυραῖοι καὶ Σικελιῶται καὶ Ἰταλιῶται μικροῦ πάντες, καὶ Κρῆτες δὲ, καὶ ἕτεροι λέγονται. οἱ δὲ, καὶ συνεπεστράτευον μετὰ τῶν βαρβάρων ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ὥσπερ οἱ Θετταλοὶ καὶ πάντες οἱ μέχρι τῆς Ἀττικῆς, πλὴν Θεσπιέων καὶ Πλαταιέων ὁποσῶν δή τινων ὄντων· τρίτη δ' ἦν λοιπὸν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὅσοι παρὰ τούτους κατέφυγον.

2) Polyb. IV, p. 416. de Thebanis τὰ Περσῶν εἵλοντο διὰ τὸν φόβον, atque ibidem Pindari carmen causam subjicit, in quo pax commendatur cf. Schneider über Pindar p. 5.

non posse tum crediderant, quod certe nemo, si hostium apparatum spectet, mirum putabit. Itaque complures civitates e. g. Cretensium, atque Argivorum ad Persas profligandos manus conjungere plane recusant. [1]) Describit Herodotus [2]) fluctuantem tum temporis animum Graecorum his verbis. οἱ δὲ οὐ δόντες ἐν δείματι μεγάλῳ κατέστασαν, ὅσῳ οὔτε νεῶν ἐουσέων ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀριθμὸν ἀξιομάχων δέκεσθαι τὸν ἐπιόντα, οὔτε βουλομένων τῶν πολλῶν ἀντάπτεσθαι τοῦ πολέμου, μηδιζόντων προθύμως; atque Thucydides. [3]) Σπανίων ἐκ τῶν Ἑλλήνων τινὰ ἀρετὴν τῇ Ξέρξου δυνάμει ἀντιταξαμένων. Itaque Isocrates [4]) minores Graeciae civitates, quae ad Persas defecerant, jam satis excusatas putat, si dicit. Ἡγοῦντο γὰρ ταῖς μὲν ταπεινοῖς τῶν πόλεων προσήκειν ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν τὴν σωτηρίαν. Quo fieri potuit, ut Graeci pace restituta nunquam poenas huius perfidiae luendas efflagitarent, quia nimium multi puniendi fuissent, [5]) atque mirum non videtur, si vel

1) Herod. VII, 168. 169 sq. Diod. S. XI, 15.

2) VII, 138.

3) III, 56.

4) Paneg. T. I, p. 226. ed. Aug.

5) Herod. VIII, 66. Μηλιέας τε καὶ Δωριέας καὶ Λοκροὺς καὶ Βοιωτοὺς πανστρατιῇ ἑπομένους (sc. βασιλεῖ) πλὴν Θεσπιέων τε καὶ Πλαταιέων. Etiam e collegio Amphictyonum hanc ob caussam excludi non poterant Plutarch. Them 20. Ἐν δὲ τοῖς Ἀμφικτυονικοῖς συν-

Lacedaemonii Thebanos paulo post in opprimendis Boeotis magis adjuvarunt, quam usquam antea. Nonnisi Athenienses aureis clypeis inscribebant Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θηβαίων, [1]) atque eo tempore, quo Thebae ab Alexandro diruebantur, concilium Graecorum, ut de Thebarum fortuna judicium ferret, convocatum ad hanc defectionem provocat. [2])

Tertiam vero causam consilii Thebanorum illud odium, quod inter eos atque Athenienses invaluit, supposuerim, quia in Graecia potissimum Atheniensibus propter pugnam marathoniam periculum a Persis instans subeundum esse, fama ferebatur. [3]) Nam Thebani in pugna plataeensi tam fortiter iis resistunt, [4]) ut hoc animo haudquaquam alienato

---

δρίοις, τῶν Λακεδαιμονίων εἰσηγουμένων, ὅπως ἀπείργωνται τῆς Ἀμφικτυονίας αἱ μὴ συμμαχήσασαι κατὰ τοῦ Μήδου πόλεις (sc. Themistocles) μὴ Θετταλοὺς καὶ Ἀργείους, ἔτι δὲ Θηβαίους ἐκβαλόντες τοῦ συνεδρίου, παντελῶς ἐπικρατήσωσι τῶν ψήφων .... μετέθηκε τὰς γνώμας τῶν Πυλαγόρων. cf. Aristid. T. III, p. 298.

1) Aeschin. c. Ctesiph. p. 446. B. ed. Wolf.

2) Diod. S. T. II, p. 170. Demosth. in Phil. II. p. 65.

3) cf. Herod. VII, 133.

4) Idem IX, 67. de pugna Plataeensi τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων τῶν μετὰ βασιλῆος ἐθελοκακεόντων, Βοιωτοὶ Ἀθηναίοισι ἐμαχέσαντο χρόνον ἐπὶ συχνόν· οἱ γὰρ μηδίζοντες τῶν Θηβαίων οὗτοι εἶχον προθυμίην οὐκ ὀλίγην μαχεόμενοί τε καὶ οὐκ ἐθελοκακέοντες, οὕτω ὥστε τριηκό-

fieri potuisse aegre nobis persuadeamus. Quamquam enim plurimi eorum rebus Graecorum certe favebant, libenter quoque illi privato odio, postremis de quibus supra diximus certaminibus magis excitato, satisfecisse nobis videntur. Etiam Thebanorum fines a Mardonio urgente bello vastati erant, [1]) tamen ad partes ejus stare pergunt, atque id consilium, quod semel ceperant, ad finem perducunt. Neque vero jam antea Thebanorum populus dominationem Persarum admodum reformidaverit, cui jam tum complures Asiae minoris graecae civitates Xerxi subjectae adsueverant, quam de hoc suo statu non querebantur, ac certe durius postea Atheniensium atque Lacedaemoniorum jugum perpessi sunt, quam tum barbarorum.

Ceterum hos omnes ego locos accumulare haud dedignatus sum, ut inde cognosceretur, Thebanorum facinus tanta infamia dignum non fuisse, quam fortasse Athenienses ei adsperserunt, multaque reperiri, quibus quodammodo

σιοι αὐτέων οἱ πρῶτοι καὶ ἄριστοι ἐνθαῦτα ἔπεσον] ὑπὸ Ἀθηναίων.

1) Id. IX, 15. ἐνθαῦτα δὲ τῶν Θηβαίων, καίπερ μηδιζόντων, ἔκειρε τοὺς χώρους, οὔτι κατὰ ἔχθος αὐτέων, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μεγάλης ἐχόμενος.

excusari queat. Etiam de Phocensibus [1]) Herodotus dicit, eos haud aegre cum Persis foedus inituros fuisse, [2]) nisi jam Thessali eorum inimicissimi ad Persas stetissent, atque videmus, illud commune, quod Graecos contineret, vinculum tantum non fuisse, ut intestinis inter singulas civitates discordiis non dissolveretur.

§. 4. *Quomodo foedus tum se habuerit.*

Iis, quae in antecedentibus de turbato rerum statu apud Thebanos contulimus, etiam adjungenda sunt, quae de foedere ex hoc tempore colligi queunt. Thebae cum post pugnam apud Plataeas a congregato Graecorum exercitu occupatae essent, simul cum hac infelici clade ab hegemonia inter Boeotos nobis exclusi videntur, quapropter paulo post vires reparare summopere studuerunt. [3]) Hunc ad

1) Heród. VIII, 29. de suspecta fide Argivorum VII, 150.

2) In bello peloponnesio barbarorum auxilia implorare res magni momenti non videtur. Thuc. II, 7. de Lacedaemoniis παρεσκευάζοντο δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν, πρεσβείας τε μέλλοντες πέμπειν παρὰ βασιλέα, καὶ ἄλλοσε ἐς τοὺς βαρβάρους, εἴποθέν τινα ὠφέλειαν ἤλπιζον ἑκάτεροι προλήψεσθαι. Thebani excusantur apud Aristidem T. I. p. 470. cf. Demosth. de Symmor. p. 137.

3) Diod. S. XI. p. 465 ed. W.

finem felici cum successu ad Athenienses se converterunt, quorum tum interfuit Thebanorum opes, quibus contra Athenienses ipsi uterentur, quam maxime adaugere. [1]) Adjuvant enim Thebanos in urbibus Boeotiae subigendis, [2]) quapropter tum foedus, ex quo primum Persarum invasione turbari coeptum esset, pro plane dissoluto habendum est. Proelio ad Tanagram facto Thebani fere omnes boeoticas urbes sub imperio tenuerint, [3]) quod tamen quominus longius exercerent, proelium ad Oenophyta, quod paulo post committebatur, impedivit. [4]) De hoc proelio jam supra monuimus, quomodo Thebis illo democratia resolvi poterat. Ex ejusmodi rerum statu jam cognoscere licet, Thebanos intestinis discordiis implicitos tum nimium viribus defecisse, quam quod statim post novum imperium iterum externa aggredi valuissent. Huc accedit, Athenienses nonnisi oppressa Boeotorum libertate ad hanc expeditionem susci-

---

1) Idem ibid.

2) Ibid. de Lacedaemoniis τὰς δ' ἐν Βοιωτίᾳ πόλεις ἠνάγκασαν ὑποτάττεσθαι τοῖς Θηβαίοις.

3) cf. Thucyd. I. p. 70 ed. Henr. Steph. Diod. S. l. c.

4) Thuc. p. 71 Diod. S. l. c.

piendam commotos esse, [1]) utpote qui, si postea iterum a Thebanis periculum immineret, haud dubie Boeotiae urbibus subvenissent.

Quo fieri potuit, ut Thebani per aliquod tempus libertate, quam soli retinuerant, quiete fruerentur, atque a finitimis manus abstinerent, foederis restitutionem parum curantes. At bello peloponnesiaco, quod totius Graeciae vires ab omni parte excitasse videtur, etiam in terra Boeotiae multa commutata sunt, atque foedus, praesidibus Thebanis, eo rerum ordine renatum habemus, secundum quem nemini inter ceteros eminere concessum fuit.

Caput tertium.

De intestinis inter Boeotiae civitates discordiis.

§. 1. *Plataeenses deficiunt ad Athenienses.*

Quamquam difficile est cognoscere, e quibus causis omnes illae intestinae Boeotorum discordiae enatae sint, id saltim evincitur,

---

1) v. praeter alios Plat. Menex. p. 406 ed. Lugd. 1590. οἱ δ' ἡμέτεροι, τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐν Οἰνοφύτοις νικήσαντες, τοὺς ἀδίκως φεύγοντας, δικαίως κατήγαγον· οὗτοι δὴ πρῶτοι μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον, Ἕλλησιν ἤδη ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας βοηθοῦντες πρὸς Ἕλληνας, ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, καὶ ἐλευθερώσαντες, οἷς ἐβοήθουν etc.

Thebanos, quorum potentia inter omnes Boeotos nimium eminebat, quam quod sine aliquo ceterorum foederis participum damno fieri potuisset, principes earum auctores fuisse.

Primus de iis nuncius affertur jam ante persicum bellum apud Herodotum. [1]) Plataeensss enim, qui haud dubie inter meridionales Boeotiae civitates primum Thebanorum injuriis expositi erant (πιεζεύμενοι ὑπὸ Θηβαίων) auxilium Lacedaemoniorum implorant, a quibus ad Athenienses rejiciuntur οὐ κατὰ εὔνοιην οὕτω τῶν Πλαταιέων, ὡς βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν πόνους, συνεστεῶτας Βοιωτοῖσι. Hi auxilium praestandum suscipiunt, atque cum Corinthiis conjuncti illud ἐᾶν Θηβαίους Βοιωτῶν τοὺς μὴ βουλομένους ἐς Βοιωτοὺς τελέειν simul cum nova inter plataeensem atque thebaicam terram finium constitutione, quae dissidia ex hac re ortum sumsisse probat, a Thebanis extorquent. [2]) Illud τελέειν ἐς Βοιωτοὺς Plataeenses tum in foedere receptos fuisse jam significat, cui rei adsentit locus Isocratis [3]) in hanc aetatem referendus,

1) VI, 108.

2) Herod. l. c. ὑπερβάντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς οἱ Κορίνθιοι ἔθηκαν Πλαταιεῦσι εἶναι οὔρους, τούτους ὑπερβάντες, τὸν Ἀσωπὸν αὐτὸν ἐποιήσαντο οὖρον Θηβαίοισι πρὸς Πλαταιέας εἶναι καὶ Ὑσιάς.

3) Plataic. §. 6.

ubi Thebani in omnibus ejusmodi flagitiis sibi indulsisse dicuntur παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας. Idem adhuc apertius Plataeenses ipsi apud Thucydidem [1]) hoc modo exprimunt: πόλει γὰρ αὐτοὺς (sc. Thebanos) τὴν ἡμετέραν καταλαμβάνοντας ἐν σπονδαῖς, quibus addimus verba ejusdem auctoris [2]) jam supra adscripta, in quibus Thebani ipsi nos certiores faciunt, se Plataeas condidisse novas post Boeotorum immigrationem, urbemque inde ab ortu sibi quodammodo subjectam fuisse. Tamen Plataeensium animi, propter simultatem fortasse cum Thebanis, quibus inter meridionales Boeotos auctoritate proximi erant, statim ab initio a re Boeotorum abalienati videntur ita ut earum urbs invito populo in foedus recipiatur. Quod perspicitur e verbis Isocratis [3]) μὴ πεισθεῖσαν τὴν Πλαταιέων πόλιν, ἀλλὰ βιασθεῖσαν Θηβαίοις συντελεῖν, ubi haud dubie Thebani, quia inter ceteros praevalebant, pro omnibus Boeotis dicuntur. Ceterum ex illo, quem paulo antea citavimus, Herodoti loco videmus, tum Athenienses tum Lacedaemonios, ut boeoticum foedus dirueretur, operam dedisse, indeque magnam ejus tum temporis auctoritatem colligimus.

---

1) III. 57.

2) III. 61.

3) Plataic. §. 6.

Quod attinet ad injurias, quas inter has duas Boeotiae civitates altera alteri intulerit, illud herodoteum πιεζόμενοι [1]) non referendum est ad expeditionem contra Plataeenses a Thebanis factam, quia paulo post de Thebanis post imploratum a Plataeensibus Atheniensium auxilium dicitur: Θηβαῖοι δὲ πυθόμενοι ταῦτα ἐστρατεύοντο ἐπὶ τοὺς Πλαταιέας. Quare primum concurritur post Plataeensium apertam, quam Thebani vocabant, perfidiam, [2]) cum antea ambae civitates de finibus jam disceptassent. At incidunt haec omnia in id tempus, quo non pridem Athenienses Boeotis atque Lacedaemoniis illam in antecedentibus commemoratam cladem intulerant. Itaque magis, quam ipsum de finibus certamen Thebanos id offendisse videtur, apud eum populum suffugium petitum esse, qui in praecedente bello de Boeotis male meruerat. Quocirca post hunc demum acceptum nuncium arma capiunt, quibus sine dubio hucusque abstinuerant. [3]) Nam

---

1) De eadem re Thuc. III, 55 ὅτι Θηβαῖοι ἡμᾶς ἐβιάσαντο, ὑμεῖς (sc. Lacedaemonii) ἀπεώσασθε.

2) Thuc. III, 61 de Plataeensibus ἔξω δὲ τῶν ἄλλων παραβαίνοντες τὰ πάτρια, ἐπειδὴ προσηναγκάζοντο, προσεχώρησαν πρὸς Ἀθηναίους, καὶ μετ' αὐτῶν πολλὰ ἡμᾶς ἔβλαπτον, ἀνθ' ὧν καὶ ἀντέπασχον.

3) Ita colligo c. Thuc. III, 63 ubi Thebani de Plataeensibus ἀλλ' ἑκόντες καὶ οὐ βιαζόμενοι ἔτι, εἵλεσθε μᾶλλον τὰ τῶν Ἀθηναίων.

fovebant eam de 'Atheniensibus opinionem, [1]) quam ut omnes Boeotiae civitates de libertate amissa questae brevi de iis ipsis foverent, commovebantur. [2])

Quo perspicuum censeo, Plataeenses magis odio erga Thebanos quam communi iro Graecorum eo adductos esse, ut ingruente bello persico statim ad Atheniensium partes se conferrent, quas cum semel amplexi essent, nunquam reliquerunt, ita ut inde ab hoc Boeotorum numero plane exempti viderentur. Tradiderunt enim totam terram Atheniensibus, ad quod consilium, nisi jam antea mentibus eorum inhaesisset, solum oraculum vix compellere poterat. [3]) Itaque post bellum confectum ab Atheniensibus recipiuntur, quam-

---

1) Thebani ad Plataeenses apud Thuc. I. c. πολὺ δέ γε αἴσχιον καὶ ἀδικώτερον, τοὺς πάντας Ἕλληνας καταπροδοῦναι, οἷς ξυνωμόσατε, ἢ Ἀθηναίους μόνους· τοὺς μὲν, καταδουλουμένους τὴν Ἑλλάδα, τοὺς δὲ, ἐλευθεροῦντας.

2) Isocrat. Plataic. 6 de Thebanis Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδένας ἡγοῦμαι τολμηροτέρους εἶναι τούτων, οἵτινες τὰς μὲν ἰδίας ἡμῶν ἑκάστων πόλεις ἀφανίζουσι, τῆς δὲ σφετέρας αὐτῶν πολιτείας οὐδὲν δεομένους κοινωνεῖν ἀναγκάζουσι.

3) Tota narratio exstat apud Plutarch. Aristid. 325. F. Plataeenses decernunt, Arimnesto promulgante, ut termini adversus Atticam finium plataicorum amoverentur, καὶ τὴν χώραν ἐπιδοῦναι τοῖς Ἀθηναίοις ὑπὲρ

vis civitas tum nondum iis data videatur, nonnisi jura quaedam civium sine publico decreto. An mutuum connubium iis vel hoc tempore, vel postea, cum in civitatem reciperentur, concessum sit, e loco Isocratis, [1]) qui nonnisi hoc connubium testatur, dijudicari nequit. In libertatem vero restituuntur nomine omnium Graecorum, qui contra Persas pugnaverant, atque Pausanias terram urbemque iis reddidit teste Thucydide [2]) ξυγκαλέσας πάντας τοὺς ξυμμάχους (sc. Pausanias) ἀπεδίδου Πλαταιεῦσι γῆν καὶ πόλιν τὴν σφετέραν ἔχοντας αὐτονόμους οἰκεῖν· στρατεῦσαί τε μηδένα ποτὲ ἀδίκως ἐπ᾽ αὐτοὺς μηδ᾽ ἐπὶ δουλείᾳ· εἰ δὲ μή, ἀμύνειν τοὺς παρόντας ξυμμάχους κατὰ δύναμιν. His cum repugnat alius locus apud eundem, in quo thebanus orator de tempore ante Plataearum excidium ad Plataeenses: ἐγένεσθε ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ τιμωρίᾳ, ὥς φατε, Ἀθηναίων ξύμμαχοι καὶ πολῖται. [3]) Quibus nonnisi sensus

τῆς Ἑλλάδος, ἐν οἰκείᾳ κατὰ τὸν χρησμὸν ἐπαγωνίσασθαι. Quod liberalitatis testimonium postera aetate ab Alexandro celebratur. Apud Thucyd. III, 63 Plataeenses Atheniensium cives facti dicuntur, ut a Thebanis ultionem caperent.

1) Plat. 30 de Atheniensibus διὰ γὰρ τὰς ἐπιγαμίας τὰς δοθείσας ἐκ πολιτίδων ὑμετέρων γεγόναμεν.

2) II, 71.

3) III, 63.

justus existit, si Athenienses nonnisi in id modo temporis, quod bellum consumebat, donum terrarum accipere haud dedignatos esse concedamus; Plataeenses vero, ut communis inter Athenienses atque Plataeenses amicitiae exstaret monumentum, Athenarum civium nomen sibi retinuisse. Hoc modo rem facilius declarari confido, quam fit a Meiero, [1]) qui Thebanum non satis accurate locutum esse velit:

§. 2. *Plataeenses ab Atheniensibus in civitatem recipiuntur.*

Certe haec omnia Thebani molestissime tulerunt, quapropter simulac per alia quaedam quibus tum impliciti erant, certamina iis licebat, Plataeas ex improviso aggressi sunt. [2]) De tota re jam antea convenerat inter Lacedaemonios atque Thebanos, quorum hi praeterquam a Plataeensibus quibusdam rerum novarum cupidis vocati erant. [3]) Plataeenses hac de re sta-

1) In historiis juris Attici de bonis damnatorum etc. p. 52.

2) Thuc. II. init.

3) Diod. S. XII. p. 505 ἐν ταύτῃ τῶν πολιτῶν τινὲς καταλῦσαι τὴν αὐτονομίαν βουλόμενοι, διελέχθησαν τοῖς Βοιωτοῖς, ἐπαγγελλόμενοι τὴν πόλιν ὑπὸ τὴν τῶν Θηβαίων τάξειν συντέλειαν, καὶ παραδώσειν αὐτοῖς τὰς Πλαταιάς, ἐὰν αὐτοὶ στρατιώτας πέμψωσι τοὺς βοηθοῦντας.

tim Athenas legatos mittunt, quibus respondetur, nequid novi in Thebanos jam antea captos molirentur πρὶν ἄν τι καὶ αὐτοὶ βουλεύσωσι περὶ αὐτῶν. [1]) Aperte videmus, has duas civitates arctissimis vinculis tum nondum conjunctas fuisse. Nam paulo post Plataeenses, ubi Lacedaemonii eos ab Atheniensibus abalienare student, modo excusantium se jam liberis atque uxoribus Athenis commorantibus ad Atheniensium partes servandas quodammodo cogi dicunt. Bellum ipsum saeviente Marte geritur, atque odium, quo alter populus alterum persequitur, ostendit. Plataeenses omnes, quos in pugna ceperant, interficiunt, [2]) eorumque mulieres lapides atque tegulas in adventantes hostes jaciunt. [3]).

Singula belli referre non est hujus loci. Plataeis eversis, agroque publicato, omnes incolae

---

1) Thuc. II. p. 100 ed H. Steph.

2) Demosth. in Near. p. 877 ed. W. καὶ οἱ Πλαταιεῖς τοὺς ἄνδρας, οὓς ἔλαβον αὐτῶν, ἐν μάχῃ ζῶντας ἀπέκτειναν.

3) Thuc. II. p. 102 ed. H. St. Odium Plataeenses in oratione apud Thuc. II. 71 expromuut μετὰ γὰρ Θηβαίων, τῶν ἡμῖν ἐχθίστων cf. II. 2 ubi eadem Thebanorum appellatio, deinde λέγομεν ἤδη, ὅτι οὐ Θηβαίοις παρέδομεν τὴν πόλιν (εἱλόμεθα γὰρ ἂν πρόγε σαύτου τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ λιμῷ τελευτῆσαι. cf. III. 59 atq. Polyaen. περὶ Πλαταιέων. 6.

colae sub hasta venduntur, [1]) praeter eos, qui adventum hostium instantem jam prius explorantes, Athenas aufugerant. [2]) His civitas datur ab Atheniensibus, cujus rei decretum nobis reservatur apud Demosthenem, [3]) ubi inter alia: καταν εῖμαι δὲ τοὺς Πλαταιέας εἰς τοὺς δήμους, καὶ τὰς φυλάς. Munere archontum atque sacerdotio excluduntur. [4]) Per totam posteram aetatem erga Athenienses fidem nunquam violarunt.

Ceterum simultas, quae inter Plataeenses atque Thebanos intercessit, post hanc quoque illorum in civitatem Atheniensium receptionem non extincta est. [5]) Nam cum juvante pace antalcidea Plataearum urbs restaurata esset, multique Plataeenses iterum eo se contulissent, Thebani novo impetu eos repellere

1) Demosth. in Neär. p. 878, B. Thuc. III. 68.

2) Diod. S. XV, p. 37. οἱ δὲ Πλαταιεῖς εἰς Ἀθήνας μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν φυγόντες, τῆς ἰσοτελείας ἔτυχον, διὰ τὴν χρηστότητα τοῦ δήμου.

3) l. c.

4) cf. Corsini F. A. T, I, p. 15. Petit. leg. att. p. 133.

5) Cujus rei insigne exemplum v, apud Lysiam κατὰ Παγκλέωνος Reisk. orat. T. V, p. 728. ubi de Aristodico quodam Καίτοι οἶμαι εἰδέναι ἡμᾶς ὅτι εἴπερ ἦν Πλαταιεὺς πανταχοῦ μᾶλλον ἢ Θήβησιν ἦν εἰκὸς, αὐτὸν μετοικῆσαι. cf. Thuc, II, 2.

conati sunt.[1]) Atheniensibus tamen his omnibus fortius, quam factum est, obsistere saluti non fuerit, si fides haberi potest verbis Xenophontis:[2]) Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐκπεπτωκότας μὲν ὁρῶντες ἐκ τῆς Βοιωτίας Πλαταιέας φίλους ὄντας, καὶ καταπεφυγότας πρὸς αὐτοὺς, ἱκετεύοντας δὲ Θεσπιέας μὴ σφᾶς περιιδεῖν ἀπόλιδας γενομένους, οὐκέτι ἐπῄνουν τοὺς Θηβαίους, ἀλλὰ πολεμεῖν μὲν αὐτοῖς τὰ μὲν ᾐσχύνοντο, τὰ δὲ ἀσυμφόρως ἔχειν ἐλογίζοντο.

§. 3. *An Thebani sub praetextu foederis finitimos infestarint, nec ne.*

Luculentissimo exemplo certaminis inter Thebanos atque Plataeenses nos edocemur, qua ratione Thebani usi sunt contra finitimos, quia in ceteris accurate persequendis fontes non suppetunt. Relatum exstat, jam statim post Xerxis infelicem in Graeciam expeditionem Thebanos bello popularibus quibusdam civitatibus illato vires suas aliquatenus reparare studuisse, [3]) qua in re a Lacedaemoniis

1) v. Meierum p. 53.

2) Hellen. VI, 3.

3) Diod. S. XI. p. 465. ἐπὶ δὲ τούτων Θηβαῖοι μὲν τεταπεινωμένοι διὰ τὴν πρὸς Ξέρξην αὐτοῖς γενομένην συμμαχίαν, ἀνεζήτουν δι' οὗ τρόπου δύναιντο ἀναλαβεῖν τὴν πάτριον ἰσχύν τε καὶ δόξαν. διὸ καὶ τῶν Βοιωτῶν ἁπάντων καταφρονούντων, καὶ μηκέτι προσεχόντων τοῖς Θηβαίοις, ἠξίουν τοὺς Λακεδαιμονίους τῇ πόλει συμπερι-

summopere adjuti sunt. Nam hi Thebas pro munimento habebant contra Athenienses, quo prima vis hostium frangeretur. [1]) Quamquam igitur asseri potest, haec certamina e privato imperii augendi consilio Thebanorum esse enata, huic tamen sine aliqua causa expeditionibus subjecta satisfecisse non videntur, quia ceterae civitates etiam eo tempore, quo Lacedaemonii procul erant, non intercesserunt. Porro Thebani devictarum civitatum agros vastant, moeniaque diruunt, [2]) ac si ab hoste gravis cujusdam delicti ultionem capiant. Huc accedit, in Thebanorum secunda contra Plataeenses expeditione commemorari boeotarchas, sub quorum ductu res gesta erat, [3]) ita

---

ποιῆσαι τὴν ὅλην τῆς Βοιωτίας ἡγεμονίαν. Paulo post de Lacedaemoniis τὰς δ' ἐν Βοιωτίᾳ πόλεις ἠνάγκασαν ὑποτάττεσθαι τοῖς Θηβαίοις cf. Justin III. 6.

1) Diod. S. ibid. καὶ νομίζοντες (sc. Lacedaemonii) τὰς Θήβας, ἐὰν αὐξήσωσιν, ἔσεσθαι τῇ τῶν Ἀθηναίων ὥσπερ ἀντίπαλόν τινα.

2) Isocr. Plataic. 15. ἢ τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους Βοιωτούς, ὧν οὐκ ἄρχειν μόνον ἀδίκως ἐπιχειροῦσιν, ἀλλὰ τῶν μὲν τὰ τείχη κατεσκάφασι, τῶν δὲ καὶ τὴν χώραν ἀπεστερήκασιν.

3) Thucyd. II, 2. ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν βοιωταρχοῦντες Πυθάγγελός τε ὁ Φυλίδου, καὶ Διέμπορος ὁ Ὀνητορίδου. Tertius reperitur apud Demosth. in Neär. p. 877 ed. W. quo Archidamas usus est contra Plataeenses De hoc enim dicitur; εἰρήνης οὔσης ἐνεχείρησεν αὐτῶν κα-

ut foedus his certaminibus fuisse implicitum colligi queat, nisi hoc modo in aliam e loco Isocratis [1]) enatam difficultatem incurratur. Exhibet enim de Thebanis, eos foedus, ut Plataeae oppugnarentur, sibi praetextui sumsisse (καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς λέγουσιν, ὡς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν συμμάχων ταῦτ' ἔπραξαν) quod consentit cum Thucydide, [2]) ubi Thebani, se Plataeenses ad patria omnium Boeotorum jura (εἰς τὰ κοινὰ τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια) reducere voluisse autumant. Quae omnia ad conjecturam me movent, a Thebanis nonnisi eas finitimas civitates infestatas esse, de quibus apertum erat, eas magis Atheniensibus, quam Boeotis favere, ita ut iidem, quibus cura foederis mandata erat, callidissimo consilio usi talem rationem tenerent, in qua partim imperio propagando, partim in foedere firmando, quoad fieri poterat, bonae famae consulebatur, easque civitates, quae a re Boeotorum defecerant, sibi ipsis subjicerent. [3]) Quodsi accipiamus,

---

καταλαβεῖν τὴν πόλιν· ἔπραξε δὲ ταῦτ' ἐκ Θηβῶν δι' Εὐρυμάχου τοῦ Λεοντιάδου Βοιωταρχοῦντος.

1) Plataic. 10.

2) III. 65. Ibidem 66. Thebani edicunt οὔτε γὰρ ἠδικήσαμεν οὐδένα, προείπομέν τε, τὸν βουλόμενον κατὰ τὰ [τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια πολιτεύειν, ἰέναι πρὸς ἡμᾶς.

3) cf. Isocr. Plataic. 6, ubi de Thebanis Ἐγὼ μὲν γὰρ

etiam illi, de quibus dixi, Thebanorum duces sub titulo boeotarcharum, quo honore tum fungebantur, belli participes esse poterant. At ceterae, quae non infestabantur, Boeotiae civitates hoc modo distentae atque viribus fortasse praeterquam valde diffisae jam ob eam causam sese his non immiscuerint, quod omni tempore iis curae fuit, ne complures in Boeotia factiones exorirentur, quibus certe Thebani felici cum successu obstiterunt. Neque tamen hoc modo impediri poterat, quominus ex hac factionum clade una quondam, ut ea quam nunc aggrediamur aetas docuit, tyrannis prodiret, atque libertate singulorum imminuta omnibus concordiam restitueret.

Caput quartum.

De principatu Thebanorum.

§. 1. *Thebanorum animi simul cum crescentibus reipubl. opibus a Spartanis abalienantur.*

Rebus Plataearum ab Atheniensibus compositis, hujus populi, qui a Boeotis quibusdam

---

οὐδένας ἡγοῦμαι τολμηροτέρους εἶναι τούτων, οἵτινες τὰς μὲν ἰδίας ἡμῶν ἑκάστων πόλεις ἀφανίζουσι, τῆς δὲ σφετέρας αὐτῶν πολιτείαν οὐδὲν δεομένους κοινωνεῖν ἀναγκάζουσι. Xen. Hell. V, 46. ἐν πᾶσι γὰρ ταῖς πόλεσι δυναστεῖαι καθειστήκεσαν ὥσπερ ἐν Θήβαις.

res novas molientibus vocabatur, in Boeotiam invasiones aperto bello ansam dederunt. [1]) Proelium deliense primum fuit, quo magnum e foederis civitatibus compositum exercitum in uno loco congregatum videmus, atque ejusmodi feliciter gesta potissimum Thebanos eo adduxerunt, ut suas, quibus inter Boeotos vel etiam Graecos excellebant, [2]) vires magis magisque cognoscerent. Proinde factum est, ut jam Boeoti omnia majore animo aggredi ab iis excitarentur, [3]) quam usquam antea. Ceterum Thebanos Lacedaemoniorum socios tum externis rebus implicitos videmus, quocirca eos eodem tempore Boeotiae urbibus subigendis abstinuisse verisimile fit. Sunt enim expeditionis siciliensis contra Athenienses participes, [4]) proeliantur ante moenia

1) Diod. S. XII, p. 526.

2) Idem p. 527. de proelio deliensi οἱ δὲ Θηβαῖοι διαφέροντες ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις ἐπέστρεψαν ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ etc. cf. Aristoph. ran. 1153. Dicaearch. p. 172. ed. Hoesch.

3) Id. p. 527. de Boeotis Lacedaemoniorum sociis in equestri proelio ante moenia Athenarum οἱ μὲν οὖν Βοιωτοὶ καθ' αὑτοὺς προνενικηκότες ἐπὶ Δηλίῳ τοὺς Ἀθηναίους, δεινὸν ἡγοῦντο τῶν ἡττημένων φανῆναι καταδεέστεροι. cf. XIII, p. 628. ubi in proelio ad Arginusas Atheuienses jam omnia profligaverant, praeter Boeotos.

4) Diod. S. l. c.

Athenarum duce Agide, [1]) atque Byzantii, quod tum ab Atheniensibus obsidebatur, defensionem sustentant. [2]) Quibus a Thebanis atque Lacedaemoniis simul gestis cum duos populos arctius conjunctum iri exspectasses, tamen plane contrarium factum est. Fortasse nimium Thebanorum opes jam provectae erant, quam quod Lacedaemoniorum praevalentem in Boeotia auctoritatem libenter ferrent. Huc accedebat democratia, in quam Thebanorum animi indies magis inclinabant, id quod cum Lacedaemoniorum, quae tum in Graecia inituri erant, consiliis plane repugnabat. Quocirca Lacedaemoniorum legem de exulibus, quae ad tyrannidem spectabat, sequi non valuerunt. Promulgaverant enim Lacedaemonii hoc decretum: [3]) τοὺς Ἀθηναίων φυγάδας ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος ἀγωγίμους τοῖς τριάκοντα εἶναι, τὸν δὲ κωλύσαντα πέντε ταλάντοις ἔνοχον εἶναι. At Thebani ἐψηφίσαντο ὑπάρχειν πρόστιμον τῷ θεασαμένῳ μὲν ἀγόμενον φυγάδα, μὴ βοηθήσαντι δὲ κατὰ τὸ δυνατόν. [4]) Deinde

---

1) Id. p. 598.

2) Xenoph. Heſl. I, 3.

3) Diod. S. XIII, p. 623.

4) cf. Plutarch. Lysand. p. 448. ed. Xyl. οἰκίαν μὲν ἀνεῷχθαι πᾶσαν καὶ πόλιν ἐν Βοιωτίᾳ τοῖς δεομένοις Ἀθηναίων, τὸν δὲ τῷ ἀγομένῳ φυγάδι μὴ βοηθήσαντα, ζημίαν ὀφείλειν τάλαντον, ἂν δέ τις Ἀθήναζε διὰ τῆς

cum Lacedaemoniorum gesta aegre ferentes horum partes vix reliquissent, etiam in Boeotiae internas res constituendas iterum curam verterunt. Eodem tempore, quo Lacedaemoniorum contra Elidem expeditio a Boeotis non sustentatur [1]) Thebani potiuntur Oropo, cujus incolae inter se dissidentes eos vocaverant, hisque paulo remotius a mari novas sedes assignant. [2]) Cujus urbis exemplo aperte videri potest, quo modo tum Thebani alienarum civitatum imperium sibi vindicarunt. Nam cum per aliquod tempus suis legibus regi iis concessissent, civitatem iis dederunt, consilio usi, quod tum aliae quoque Boeotiae civitates ad eundem finem secutae sunt. Dum haec aguntur, Thebanorum imperium indies augeri coeptum est, utpote quod ex omnibus iis, quibus tum immiscebantur, adparet. The-

---

Βοιωτίας ἐπὶ τοὺς τυράννους ὅπλα κομίζῃ, μήτε ὁρῶν τινα Θηβαίων μήτε ἀκούων.

1) Multae civitates ejus participes erant πλὴν Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων· οὗτοι δὲ δυσχεραίνοντες τοῖς ὑπὸ Λακεδαιμονίων πραττομένοις, οὐ μετέσχον τῆς ἐπὶ τὴν Ἦλιν στρατείας. Diod. S. XIV. p. 652.

2) Idem ibid. de una Oropi factione ἐπισπάσαι τοὺς Θηβαίους ἑαυτοῖς συναποστεῖλαι δύναμιν. Θηβαῖοι δὲ στρατεύσαντες ἐπὶ τοὺς Ὠρωπίους, καὶ κυριεύσαντες τῆς πόλεως, μετῴκισαν ἀπὸ τῆς θαλάττης αὐτοὺς ὡς ἑπτὰ σταδίους.

barum urbs Atheniensium exulibus completa [1]) Thrasybuli factum summopere sustentat, atque proelio ad Haliartum Lacedaemoniorum opinio, ex qua fortes viri nonnisi in littore Eurotae enasci queant, primum refellitur. Quamquam clades ad Coroneam accepta erat, omnium tamen, quae tum contra Lacedaemonios gerebantur, participes esse, non destiterunt, atque legati Boeotorum, sui populi animos Agesilai superbia frangi non posse, testati sunt. [2]) Athenarum moenia potissimum ope Thebanorum restituuntur, [3]) atque cum paulo post in pacem antalcideam res inclinarent, iidem eo audaciae processerunt, ut apud Tiribazum, ne boeoticas urbes in libertatem dimittere cogerentur, expostulaverint, [4]) Si porro nobis relinquitur, Thebanos nomine omnium Boeotorum jurare voluisse, [5]) his me judice nil

---

1) Xenoph. Hell. II, 4. φευγόντων δὲ ἐς τὸν Πειραιᾶ καὶ ἐντεῦθεν πολλοὺς ἄγοντες, ἐνέπλησαν καὶ τὰ Μέγαρα καὶ τὰς Θήβας τῶν ὑποχωρούντων.

2) Idem, ibid. IV, 5.

3) Id. IV, 8. αὐτοὶ Ἀθηναῖοι καὶ Βοιωτοί, καὶ ἄλλαι πόλεις ἐθελούσιαι συνετείχισαν. Nominatim Diod. S. XIV, c. 85. de Thebanis, eos quingentis fabris atque lapicidis opus parasse.

4) Xenoph. l. c. οἵ τε Θηβαῖοι μὴ ἀναγκασθείησαν ἀφεῖναι τὰς Βοιωτίδας πόλεις αὐτονόμους.

5) Xenoph. Hell. V, 1. Οἱ δὲ Θηβαῖοι ἠξίουν ὑπὲρ

minoris momenti inest, nisi quod Thebanorum voluntas ex ipsorum opinione jam pro ea totius Boeotiae valere queat, cui arrogantiae recte intercedit Agesilaus. Quinetiam legati eorum, se sub alia conditione non esse missos, edicere ausi sunt, quamquam paulo post populus, se ejusmodi postulatis non staturum esse arbitratus, pacem invitus iniit. ¹)

§. 2. *Phoebidae factum fit adminiculum imperii Thebanorum.*

Quibus jam antea inter Spartanos atque Thebanos gestis, adparebit, Phoebidae factum, quod ex ipsius mente, nullo mandante, profectum a tota Graecia aegre ferebatur, Spartae facile reperisse, qui contra populum The-

---

πάντων Βοιωτῶν ὀμνύναι. ὁ δὲ Ἀγησίλαος οὐκ ἔφη δέξασθαι τοὺς ὅρκους, ἐὰν μὴ ὀμνύωσι ὥσπερ τὰ βασιλέως γράμματα ἔλεγον αὐτονόμους εἶναι καὶ μικρὰν καὶ μεγάλην πόλιν· οἱ δὲ τῶν Θηβαίων πρέσβεις ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἐπεσταλμένα σφίσι ταῦτα εἴη. ἴτε νῦν, ἔφη ὁ Ἀγησίλαος, καὶ ἐρωτᾶτε. ἀπαγγέλλετε δ᾽ αὐτοῖς καὶ ταῦτα, ὅτι εἰ μὴ ταῦτα ποιήσοιεν ἔκσπονδοι ἔσονται.

1) Id. ibid. πρὶν δὲ αὐτὸν ὁρμηθῆναι ἐκ Τεγέας, παρῆσαν οἱ Θηβαῖοι λέγοντες, ὅτι ἀφιᾶσι τὰς πόλεις αὐτονόμους καὶ οὕτω Λακεδαιμόνιοι μὲν οἴκαδε ἀπῆλθον, Θηβαῖοι δ᾽ ἐς τὰς σπονδὰς εἰσελθεῖν ἠναγκάσθησαν, αὐτονόμους ἀφέντες τὰς Βοιωτικὰς πόλεις. Itaque de Lacedaemoniis ibidem dici potuit αὐτονόμους δὲ ἀπὸ τῶν Θηβαίων τὰς Βοιωτίας πόλεις ἐποίησαν οὗπερ πάλαι ἐπεθύμουν. cf. V, 3.

banorum incensi [1]) id comprobarent. Itaque mirum non est, si praeter justitiae speciem Phoebidam puniendo reservatam ad id reparandum nihil fecerunt. [2]). Attamen a Lacedaemoniis me judice nihil fieri potuit, quod foederi iis infenso dissolvendo magis obstiterit, quam hoc. Boeotiae enim civitates, ne Lacedaemonii in ejusmodi improbe gestis erga omnes ceteros sibi indulgerent, [3]) veritae, ultro apud Thebanos suffugium quaerere cogebantur, eoque fieri debebat, ut ad eos constantiore animo starent, quam unquam antea. Neque dubitamus, quin sine tali injustitia res Lacedaemoniorum in Boeotia multo felicius administrari potuissent, quia Thebanos permultis popularibus tum infensos fuisse aperte cognoscitur. Aliae enim civitates extemplo se iis non adjungunt, aliarum milites in pug-

1) Aristides rh. T. I. p. 470 Λακεδαιμόνιοι δ' ἥδιστ' ἂν τεθναῖεν ἅπαντες, εἰ λήψονται δίκην περὶ Θηβαίων. οὕτω δ' ὀργῆς αὐτοὺς ἔχουσι.

2) Polybius IV, 27 Λακεδαιμόνιοι τὴν Καδμείαν Φοιβίδου παρασπονδήσαντος, τὸν μὲν αἴτιον ἐζημίωσαν, τὴν δὲ φρουρὰν οὐκ ἐξήγαγον ὥσπερ λυομένης τῆς ἀδικίας διὰ τῆς τοῦ πράξαντος βλάβης· παρὸν τ' ἀναντία ποιεῖν· τοῦτο γὰρ διέφερε τοῖς Θηβαίοις. cf. Plutarch. de gen. Socr. III. p. 323 ed. Wyt.

3) Plutarch. Agesil. p. 609 ἦν μὲν οὖν εὐθὺς ἐκ τούτων ὑπόνοια, Φοιβίδου μὲν ἔργον εἶναι, βούλημα δὲ Ἀγησιλάου, τὸ πεπραγμένον.

na leuctrica nonnisi exercitu iis circumdato ad officium redire [1]) coguntur. Si tamen rem in universum spectes, in iis quae apud Boeotos nunc geruntur, pristinarum discordiarum vestigium non relinquitur, quia omnes duorum virorum fama pellecti eorumdem consilia parato animo secuti sunt. [2]) Etiamsi eam foederis boeotici naturam, quae ex civitatum decreto valere debuisset, propter praevalentem Thebanorum auctoritatem requirimus, tamen totius populi vires sine his vinculis ad eundem finem in unum collectas videre juvat. Eo primum adduxit Cadmeae liberatio. Quae cum feliciter Thebanis contigisset, omnia quae populi animum instantia pericula prospicientem corroborarent, Thebis confluxisse videntur, [3]) ita ut nulla aetate ullius civitatis vires magis excitatas acceperis. Vix dum Thebanorum res aliquatenus florere coepissent, iidem nil prius sibi curandum esse arbitrati

1) Xenoph. Hell. VI, 4.

2) Plutarch. Pelop. 23 de Epaminonda atque Pelopida Ἀλλ' ἡ δόξα τῶν ἀνδρῶν ἄνευ δόγματος κοινοῦ καὶ ψηφίσματος, ἐποίει τοὺς συμμάχους ἕπεσθαι σιωπῇ πάντας ἡγουμένοις ἐκείνοις.

3) Diod. S. XV, p. 42 ἔν τε γὰρ τοῖς γυμνασίοις συνεχῶς διατρίβοντες εὔρωστοι τοῖς σώμασιν ὑπῆρχον, καὶ φύσει φιλοπόλεμοι καθεστῶτες οὐδενὸς ἔθνους Ἑλληνικοῦ ταῖς ἀνδραγαθίαις ἐλείποντο. cf. XI. p. 466.

sunt, quam iterum in singulas Boeotiae civitates [1]) se convertere, quarum quaedam e. g. Thespiae atque Tanagra, quas Lacedaemonii tenuerant, ad foedus reducendae erant. At videmus, eos Boeotiae urbes suo imperio subjecisse, quia apud Agesilaum, qui urbium in libertatem restitutionem efflagitabat, consilia sua non alio modo excusare valent, nisi quod nihil a se agi dicant, quae non jam ipsi Lacedaemonii egerint in Peloponneso. [2]) Jam eo perventum erat, ut Thebani Lacedaemoniis, qui tum Boeotiae in unum corpus redigendae nequicquam obsistebant, talia respondere auderent. Quapropter cum illo foedere, quod Graeci ad pacem componendam cum Artaxerxe icerant, essent exclusi, [3]) inde tamen ut urbes, quibus potiti erant, e manibus dimitterent, commoveri non potuerunt.

---

1) Xenoph. Hell. V, p. 46 Ἐκ δὲ τούτου πάλιν τὰ τῶν Θηβαίων ἀνεζωπυρεῖτο, καὶ ἐστρατεύοντο εἰς Θεσπιὰς. καὶ εἰς τὰς ἄλλας περιοικίδας πόλεις.

2) Plutarch. Ages. p. 610 ubi Agesilaus interrogat, εἰ νόμιζοι δίκαιον εἶναι καὶ ἴσον, αὐτονομεῖσθαι τὴν Βοιωτίαν; Epaminondas similiter interrogat εἰ κἀκεῖνος οἴεται δίκαιον εἶναι αὐτονομεῖσθαι τὴν Λακωνικήν. Tum Ages. iratus ἐκέλευσε λέγειν σαφῶς αὐτὸν, εἰ τὴν Βοιωτίαν ἀφίησιν αὐτόνομον, contradicente Epam. εἰ τὴν Λακωνικὴν ἀφίησι αὐτονόμον.

3) Id. ibid. de Agesilao post illas de urbibus rixas

§. 3. *Epaminondas atque Pelopidas res Boeotorum dirigunt.*

Atqui mirum nunc in Boeotia spectaculum oculis nostris proponitur. Ingredimur, si ita dicere licet, in auream historiae aetatem, ubi duris reipubl. administrandae vinculis excussis omnes virtuti duorum virorum confisi ad res gestas proripiuntur, de quibus vix eas omnino fieri posse, antea arbitratus esses. Quem rerum statum Polybius [1]) derivat his verbis: Ὅτι γὰρ οὐχ ἡ τῆς πολιτείας σύστασις αἰτία τότε ἐγένετο Θηβαίοις τῶν εὐτυχημάτων, ἀλλ' ἡ τῶν προεστώτων ἀνδρῶν ἀρετή, παρὰ πόδας ἡ τύχη τοῦτο πᾶσιν ἐποίησε δῆλον. καὶ γὰρ συνηυξήθη καὶ συνήκμασε, καὶ συγκατελύθη τὰ Θηβαίων ἔργα τῷ τε Ἐπαμινώνδου καὶ τοῦ Πελοπίδου βίῳ προφανῶς. ἐξ ὧν οὐ τὴν πολιτείαν αἰτίαν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας, ἡγητέον τῆς τότε γενομένης περὶ τὴν Θηβαίων πόλιν ἐπιφανείας. Proinde tum foedus boeoticum subjectum videtur illis ducibus, qui viribus ejus ad eum, quem sibi proposuerant,

---

καὶ τὴν πρόφασιν ἠγάπησεν, ὡς εὐθὺς ἐξαλεῖψαι τὸ τῶν Θηβαίων ὄνομα τῆς εἰρήνης, καὶ προειπεῖν πόλεμον αὐτοῖς. Diod. S. XV. p. 42. Θηβαῖοι γὰρ μόνοι Βοιωτίαν ὑπὸ μίαν ἄγοντες συντέλειαν, οὐ προσεδέχθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, διὰ τὸ πᾶσιν ἀρέσκειν κατὰ πόλιν γίνεσθαι τοὺς ὅρκους καὶ τὰς σπονδάς· διόπερ ἔκσπονδοι γενηθέντες, ὥσπερ καὶ πρότερον, συνεῖχον τὴν Βοιωτίαν ἐν τῇ καθ' αὐτοὺς μιᾷ συντελείᾳ.

1) V. 43.

finem usi sunt, magisque iis, quam Thebanis ipsis a civitatibus obtemperatum est. Etiamsi quasdam foederis leges illo tempore observatas esse liquet, quia boeotarchiae destinatum tempus inter ipsum bellum haudquaquam negligitur, tamen ex Epaminondae boeotarchae audacia, vim in unius virtute positam foederis institutis tum praevalentem eum non fugisse cognoscitur. Itaque concordia nusquam turbatur, atque boeotarchia per totum fere bellum iis mandata est, qui ad eam administrandam maxime idoneos se praestiterant. Epaminondas atque Pelopidas hunc honorem aliquoties iis renovatum fere nunquam e manibus dimittunt, [a]) quippe quod in historia Graecorum eo rarius occurrit, quo suspicacior in potentia uni tribuenda graecus animus ubique reperitur. Atque haec omnia fiunt tempore, quo e nimia unius auctoritate omnibus summum periculum exoriri poterat. In romana historia nil, quod hiscum conferri queat.

---

a) v. Diod. S. XV, p. 65. Plutarch. 15. In expeditione contra Achajam, quam Epaminondas sine boeotarcharum subsidio, solus suscepisse videtur, idem hic omnia peragit, atque contrarios cogit μὴ φυγαδεῦσαι τοὺς κρατίστους, μήτε πολιτείαν μεταστῆσαι ἀλλὰ ... ἀκολουθήσειν, ὅπῃ ἂν Θηβαῖοι ἡγῶνται.

Ceterum omnia consociatarum civitatum concilia, de quibus nuncius exstat, tum Thebis habita sunt. Huc omnia vergunt.

Caput quintum.

E recentiore aetate quaedam.

§. 1. *Thebani fortuna male utuntur.*

Post tot tantaque facinora, de quibus historia narrat, Thebani parum sibi temperantes (διὰ τὸ μὴ καλῶς χρήσασθαι ταῖς εὐτυχίαις) [1]) paulo elatius, quam quod reipubl. saluti accommodatum fuisset, se gerere perrexerunt. Neque enim reputabant, auctoritatem suam potissimum illis, quos dixi, ducibus sustentatam fuisse, post quorum mortem nulli alii in eorum locum substitui poterant. [2]) Pugna leuctrica quidem Lacedaemoniorum in his regionibus imperium resolverat, quod postea resumere nunquam valuerunt, Atheniensium vero qua hujus victoriae nuncium exceperunt, invidia aperte probaverat, eos quidem Theba-

1) Isocr. orat. ad Philipp. p. 542. ed. Aug.

2) Praeclare Demades orator (περὶ δωδεκαετίας p. 270 ed. Reiske) τῷ γὰρ Ἐπαμινώνδου σώματι συνέθαψε τὴν δύναμιν τῶν Θηβαίων ὁ καιρός.

banos quodammodo subjectos sibi devincire, [1]) neque tamen principatum cum iis communicare sibi proposuisse. Attamen tum Thebani ut terrarum fines longius proferrent, summopere enixi sunt. Orchomenum atque Coroneam occupant, Thessaliam in potestatem redigere conantur, premunt Megarenses, triremesque emittentes Euboeam vastant. [2]) Iidem cum eo insolentiae jam antea pervenissent, ut singulas Boeotiae civitates ad verba Persarum regis, cujus ope imperium firmare decreverant, jurare provocarent, Corinthiis ducibus omnes restiterunt. [3]) Quocirca nunc fieri debuit, ut Boeotiae civitates eorum, quibus Thebani de omnium libertate meruerant, paulo

---

1) Sustentaverant ii Cadmeae liberationem v. Plutarch. v. Pelop. Dinarch. in Demosth. p. 177. c. Aeschin. de f. leg. 421.

2) De his omnibus v. Isocr. or. ad Phil. l. c. Aeschin. c. Ctesiph. 441, C. Demosth. de pace p. 62 in phil. IIda p. 65. E. in Lept. p. 557. a ubi Athenienses de Thebanis ἔστι γὰρ ὃν τρόπον Ὀρχομενίους διέθηκαν. Etiam Oropi occupationem Athenienses moleste ferunt v. Demosth. de pace p. 63. ἡμεῖς Θηβαίους ἐῶμεν ἔχειν Ὠρωπόν. καὶ εἴ τις ἔροιτο ἡμᾶς, κελεύσας εἰπεῖν τ'αληθῆ, διά τι: ἵνα μὴ πολεμῶμεν, φαίημεν ἂν etc.

3) Xenoph Hell. VII. 1 qui ibidem addit καὶ αὕτη μὲν ἡ Πελοπίδου καὶ τῶν Θηβαίων τῆς ἀρχῆς περιβολὴ οὕτω διελύθη. Thebanorum ὕβρεις in oratoribus ubique commemoratur cf. Demosth. in Phil. p. 66, D. ed. W. de fal. leg. p. 310. Aeschin. de falsa leg. p. 411, cf. Liban. argum. in philipp. IIdam.

post oblitae, illud jugum, quod antea minus moleste tulerant, excutere cuperent, quod jam tum factum esset, nisi Chabrias atque Timotheus Thebanis subvenissent. Nam Epaminondas, ut Athenienses sibi devinciret, per vitam studuit, id praesidii ab iis sperans contra Lacedaemonios [1]) quod quondam hi ipsi contra Athenienses Thebis sibi redundaturum arbitrati erant. Etiam Demosthenes hac aetate Atheniensium imperium Thebis atque Euboea maxime fulciri credidit. [2]) Jam veteres ipsi nobis reliquerunt, Thebanos potissimum id in perniciem sibi vertisse, quod cum aliis civitatibus arctius conjungi parum respicientes vires suas in complures partes dissecabant, curamque belli nunquam dimittebant. [3])

§. 2. *De Thebarum excidio.*

Post proelium ad Chaeroneam demum Thebani imperio plane destituti sunt, utpote

1) cf. verba Epaminondae apud Aeschin. de f. leg. p. 411. ὡς δεῖ τὰ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλεως προπύλαια μετενεγκεῖν εἰς τὴν προστασίαν τῆς Καδμείας.

2) Apud Aeschin. c. Ctesiph. p. 440. ἀλλὰ χαλκοῖς καὶ ἀδαμαντίνοις τείχεσιν, ὡς αὐτός φησι, τὴν χώραν ἡμῶν ἐτείχισε, τῇ τῶν Εὐβοέων καὶ Θηβαίων συμμαχίᾳ.

3) Strabo IX. 9. τελευτήσαντος γὰρ ἐκείνου (sc. Epaminondae) τὴν ἡγεμονίαν ἀπολαβεῖν εὐθὺς τοὺς Θηβαίους

in quo tale finitimorum odium erga se excitarant, ut Boeoti urbe per Alexandrum expugnata haud secus quam Macedones ipsi irrumperent, omnesque in quos inciderant trucidarent. Exhibet Aeschines: [1]) ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται, εἰ καὶ μὴ δικαίως περὶ τῶν ὅλων οὐδ' ὀρθῶς βουλευσάμενοι, ἀλλὰ τήν γε θεοβλάβειαν καὶ τὴν Ἀφροσύνην οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ δαιμονίως κτησάμενοι. Etiam Plataeensibus, ut diu exoptatam ultionem caperent, tum primum contigit. [2]) Alexander enim suo arbitrio urbem delere noluit, atque Graecorum concilii, ut hac de re consulatur, convocati sententias secutus est. Ipse Arriano teste, [3]) Thebis parcere propo-

γευσαμένους αὐτῆς μόνον· αἴτιον δὲ εἶναι, τὸ λόγων καὶ ὁμιλίας τῆς πρὸς ἀνθρώπους ὀλιγωρῆσαι |μόνης δ' ἐπιμεληθῆναι τῆς κατὰ πόλεμον ἀρετῆς. Demosth. de Megalop p. 258. ἵνα τοίνυν μὴ τοῦτο ἐμποδὼν γένηται, τὸ, τοὺς Θηβαίους γενέσθαι μικροὺς, τὰς μὲν Θεσπιὰς καὶ τὸν Ὀρχομενὸν, καὶ τὰς Πλαταιὰς κατοικίζεσθαι φῶμεν δεῖν.

1) c. Cteriph. p. 449. D. cf, Dinarch. in Demosth. p. 175. A. ed. W. πόλις ἀστυγειτόνων καὶ καὶ συμμάχων ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασαι. Ἀροῦται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ, τῶν κοινωσάντων ἡμῖν τοῦ πρὸς Φίλιππον πολέμου.

2) Diod. S. p. 170 καὶ γὰρ τῶν Ἑλλήνων Θεσπιεῖς καὶ Πλαταιεῖς, ἔτι δ' Ὀρχομένιοι καί τινες ἄλλοι, τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τοὺς Θηβαίους συστρατευόμενοι τῷ βασιλεῖ συνέπεσον εἰς τὴν πόλιν.

3) I. p. 18. ed. Gronov. Ibid. p. 21. de hoc excidio. quod cum similibus cladibus confertur, οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος εἰς μῆνιν τὴν ἀπὸ τοῦ θείου ἀνηνέχθη.

nebat, cui consilio principes Boeotorum, qui plebem omnibus rationibus ad bellum incitaverant, pertinaciter obsistebant. Hoc me commovet, ut credam, Boeotos, etiamsi Thebas sub specie illius supra descriptae ad Persas defectionis, cujus causam tum jam procul habuerint, evertebant, [1]) nonnisi privato odio satisfecisse, [2]) quamquam unusquisque in ipso facinore perpetrato dolorem cepit e sorte tantae urbis, [3]) cujus incolae etiam hoc discrimine rerum pristinae virtutis haudquaquam immemores fuerunt. [4])

Hoc loco addere liceat, me cum Böttichero [5]) atque aliis non consentire in explicatione notissimi illius Honesti epigrammatis de Thebarum eversione.

---

1) cf. quae supra hac de re diximus.

2) His adsentit Diod. S. l. c. qui de Thespiensibus Orchomeniis atque Plataeensibus καὶ τὴν ἰδίαν ἔχθραν ἐν τοῖς τῶν ἠτυχηκότων ἀκληρήμασιν ἐναπεδείκνυντο· διὸ καὶ πάθη πολλὰ καὶ δεινὰ τὴν κατὰ τὴν πόλιν ὁρᾷν ἦν γινόμενα.

3) Diod. S. l. c. οὐκ ἦν ὅστις ἰδὼν οὐκ ἂν ἠλέησε τὰς τυχὰς τῶν ἀκληρούντων.

4) Idem p 169. ἑαλωκυίας γὰρ τῆς πόλεως, οὐδεὶς Θηβαίων ἑωράθη, δεηθεὶς τῶν Μακεδόνων φείσασθαι τοῦ ζῆν, οὐδὲ προσέπιπτον τοῖς τῶν κρατούντων γόνασιν ἀγεννῶς.

5) v. Museum atticum T. I, über die Erfind. der Flöte.

Ἔστην ἐν φόρμιγγι, κατηρείφθην δὲ σὺν αὐλῷ
Θήβη. φεῦ Μούσης ἔμπαλιν ἁρμονίης.

Equidem Alexandrum, cum urbem dirueret, cavillatum esse musicam Thebanorum aegre mihi persuadeo. Aperte videmus e congregato Graecorum concilio, eum regem, qui quondam in promontorio Sigeo ad Achillis tumulum lacrimas effuderat, de tantae urbis ruina non esse laetatum, alioquin in hac tota re jam sibi ipsi consulere valuisset. Etiam hoc plane repugnat contra illum animum, qui Alexandrum, ut imprimis ex Arriano perspicitur, in oppugnatione urbis duxit. Proinde nihil in poemate nostro contineri puto, nisi quod Thebae inter tibiarum cantus atque gaudium victorum militum dirutae sint, qua ex re poeta ad urbis pristinum musicae cultum, fabulasque antiquas alludendi materiam sibi sumsit.

§. 3. *Ultimae foederis reliquiae.*

Si cui post haec populus Boeotorum maturius degenerasse videtur, quam ex antea gestis colligendum fuisset, eum reputare velim, Boeotorum vires illo toto tempore fortasse nimium esse extenuatas, quam pro imperii circuitu fieri debuisset, ita ut iis remissis populum languere necesse esset. Jam aetate

Thebarum expugnationis id hominum genus, quod ad Mantineam vicerat, urbem tenuisse non videtur, [1]) atque Dicaearchus [2]) miram depravati animi Boeotorum descriptionem nobis reliquit, sub cujus fine versum Pherecratis affert: Ἄντις φρονῆς εὖ φεῦγε τὴν Βοιωτίαν.

In hoc statu rerum tamen non omnia foederis vestigia evanuerunt, quippe quod Thebis per Cassandrum restitutis iterum emergit, ubi Thebani a Pythea, qui postea fit boeotarcha, contra Romanos excitantur. [3]) Adhuc alium boeotarcham nobis Plutarchus [4]) affert, atque postremum, de quo nobis reservatum est, apud Polybium habemus Ol. 145, ubi a T. Quintio instituitur. [5]) Nomen ei fuit Brachylles. Nil

---

1) Ita colligimus ex Athenaeo K. p. 148. καὶ ὅτι πᾶς αὐτῶν πλοῦτος ηὑρέθη μετὰ τὴν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τῆς πόλεως κατασκαφὴν ἐν ταλάντοις τετρακοσίοις τεσσαράκοντα φησιν .... ὅτι τε μικρόψυχοι ἦσαν, καὶ τὰ περὶ τὴν τροφὴν λίχνοι.

2) p. 172.

3) Polyb. V, 3. — Thebani, qui paulo ante Mithridatem Romanis praetulerant, ad Sullam deficiunt. v. Appian. de reb. Mithrid. p. 324.

4) v. Arati p. 1033. F. ed. Xyl.

5) XVIII. 26. ubi de T. Quintio ὁ δὲ βουλόμενος ἐκκαλεῖσθαι τοὺς Βοιωτοὺς πρὸς τὴν σφετέραν εὔνοιαν, διὰ τὸ προορᾶσθαι τὸν Ἀντίοχον, ἑτοίμως συνεχώρησεν. ταχὺ δὲ πάντων ἀνακομισθέντων ἐκ τῆς Μακεδονίας· ἐν οἷς ἦν καὶ Βραχύλλης, τοῦτον μὲν εὐθέως Βοιωτάρχην κατέστησαν.

vero ex hac aetate de communi Boeotorum consilio, quo iterum civitates excelluissent. [1] Etiamsi nonnunquam populi vires porro uni alterive incepto suffecissent, defuit tamen qui summae rerum praeesset. Itaque a Romanis levi negotio fieri potuit ut Ol. 151,1 etiam ultimum, quod hucusque Boeotos continuerat, vinculum dissolverent. [2] Thespiae atque Tanagra solae Boeotiae urbes fuerunt, quae Strabonis aetate superant, τῶν δ' ἄλλων ἐρείπια καὶ ὀνόματα λέλειπται. [3]

Caput sextum.

De foederis boeotici institutis.

§. 1. *De Boeotiae urbibus, quae singulis foederis civitatibus adjunctae erant.*

Inde ab ortu foederis certe nulla e consociatis civitatibus urbes sibi subjectas habuit,

1) Id. XX, 4. ubi T. Quintus in Graecia, atque de Boeotis dicitur ἡττηθέντες δὲ κατὰ τὸν κίνδυνον, οὕτως ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς, ὥστ' ἀπ' ἐκείνης τῆς χρείας ἁπλῶς οὐδενὸς ἔτι τῶν καλῶν ἀμφισβητεῖν ἐτόλμησαν, οὐδ' ἐκοινώνησαν οὔτε πράξεως οὔτ' ἀγῶνος οὐδενὸς ἔτι τοῖς Ἕλλησι μετὰ κοινοῦ δόγματος. cf. Liv. XXXII, 1.

2) Polyb. XXVII, 2. de Thebanis δεδέντας αὐτοὺς εἰς τὴν πίστιν κατ' ἰδίαν ἑκάστας. Πάντων δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν αὐτοῖς χωρούντων, ταῦτα δ' ἦν τὸ διαλῦσαι τῶν Βοιωτῶν τὸ ἔθνος.

3) Strabo IX, 25. 2,5. 25.

atque Thebani, quos imperii propagandi cupido maxime urgebat, simulcum praeponderante auctoritate in hac re ceteris praecessisse videntur, quorum exemplum postea aliae quoque civitates secutae sunt. Deinde intestinis Boeotorum contentionibus inter minores urbes jam commoveri poterant, quae sua sponte apud unam alteramve majorum in foedus receptarum civitatum suffugium petebant. Hoc modo nobis duo minorum urbium genera finguntur a Müllero bene distincta, [1]) de quibus adparet, eas, quas posteriore loco dixi (συντελεῖς) multo levius jugum esse perpessas, quam quae bello superatae erant. Idem Müllerus jam illas attulit, de quibus ad hunc finem e locis veterum quidquam extricari potest, quapropter ego, ne haec omnia repetere cogar, lectorem ad eum rejicio. Quis dubitet, rerum statum in his saepissime commutatum esse, quia omnia nitebantur auctoritate, qua inter Boeotos vel Athenienses vel Lacedaemonii vigebant. Horum uterque populus omni fere tempore quasdam sibi addictas urbes habere solebat, quibus foedere exemtis Thebani, quotiescunque iis potiri pro viribus licebat, suam reipubl. gerendae formam imponere gestiebant. Thebanorum σύμμαχοι in proelio

---

1) p. 403.

deliensi eundem in acie locum obtinent, [1]) quem Thebani, atque hoc civitates in more habuisse verisimile est.

§. 2. *De quatuor conciliis.*

Quatuor concilia fuerunt Boeotorum, quibus omnia, quae ad foedus pertinebant, subjecta erant. Nam ita Thucydides: [2]) πρὶν δὲ τοὺς ὅρκους γενέσθαι, οἱ Βοιωτάρχαι ἐκοίνωσαν ταῖς τέσσαρσι βουλαῖς τῶν Βοιωτῶν ταῦτα, αἵπερ ἅπαν τὸ κῦρος ἔχουσι etc. Locus spectat ad bellum peloponnesiacum, et quia unicus est, qui de his quatuor conciliis agit, jam paulo accuratius in eum inquiramus.

Cleobulus atque Xenares ephori legatis Boeotorum, qui Spartae versantur, operam dare persuadent, ut ubi primum cum Argivis

---

1) Thucyd. IV. 93.

2) V, 38. cf. Müller. p. 405. Drumann. Ideen etc. p. 437. Mitford. T, I, p. 413. vers. Baronis, Ubbo Emmius in Geographia boeoticum foedus plane non perspexit. Dicit enim: verba Thucydidis (l. c.) suspicionem mihi movent, non ex solis Thebanis, sed .... designatos esse boeotarchas. Illud primum si factum esset, nos foedus thebaicum, neque vero boeoticum haberemus. Ex eadem causa etiam aetate Epaminondae atque Pelopidae his duobus boeotarchae addi solebant, quamquam saepius jam soli imperio suffecissent. Eo modo democratiae leges excedi non poterant, atque fiebant haec consilio omnium Boeotorum, neque tamen Thebanorum.

consociati sint, Argivos quoque Lacedaemoniis adducerent. Ita enim sibi levius bellum extra Peloponnesum exstiturum duxerunt. Boeotis domum abeuntibus occurrunt duo Argivoviri τῆς ἀρχῆς τῆς μεγίστης, qui eos ad foedus secum commoverent. Pergitur ἀφικόμενοι δὲ οἱ Βοιωτοὶ ἀπήγγειλαν τοῖς Βοιωτάρχαις τά τε ἐκ τῆς Λακεδαίμονος etc. Veniunt Argivorum promissi legati, qui cum boeotarchis agunt, quamquam nil certi. Boeotarchae se Argos legatos missuros promittnnt. Ἐν δὲ τούτῳ ἐδόκει πρῶτον τοῖς Βοιωτάρχαις, καὶ Κορινθίοις, καὶ Μεγαρεῦσι, καὶ τοῖς ἀπὸ Θρᾴκης πρέσβεσιν, ὀμόσαι ὅρκους ἀλλήλοις etc.

Deinde sequitur locus, quem supra adscripsi, ubi boeotarchae omnia cum quatuor conciliis communicant. Pergitur: καὶ παρῄνουν γίγνεσθαι ὅρκους ταῖς πόλεσιν, ὅσαι βούλονται ἐπ' ὠφελίᾳ σφίσι ξυνομνύναι. Οἱ δ' ἐν ταῖς βουλαῖς τῶν Βοιωτῶν ὄντες οὐ προσδέχονται τὸν λόγον verriti, ne ejusmodi foedere cum Corinthiis Lacedaemonios eorum inimicos offenderent: οὐ γὰρ εἶπον αὐτοῖς οἱ Βοιωτάρχαι τὰ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος . . . οἰόμενοι, τὴν βουλὴν (ant. Schol. τοὺς βουλευτάς) κἂν μὴ εἴπωσιν, οὐκ ἄλλα ψηφιεῖσθαι, ἢ ἃ σφίσι προδιαγνόντες παραινοῦσιν. Itaque Corinthii atque e Thracia legati infectis rebus abeunt, οἱ δὲ Βοιωτάρχαι μέλλοντες πρότερον, εἰ ταῦτα ἔπεισαν, καὶ τὴν ξυμμαχίαν πειράσεσθαι πρὸς Ἀργείους ποιεῖν, οὐκέτι ἐσήνεγκαν περὶ Ἀργείων ἐς τὰς βουλάς, οὐδὲ

ἐς τὸ Ἄργος τοὺς πρέσβεις, ὡς ὑπέσχοντο, ἔπεμπον, ἀμέλεια δέ τις ἐνῆν καὶ διατριβὴ τῶν πάντων.

Ex hoc loco colligendum est, quatuor consilia, simulac res ei proponebantur, in unum convenisse, ita ut ex uno tanquam corpore, quod quatuor habebat articulos, consisterent. Quare semel αἱ ἐν ταῖς βουλαῖς atque iterum ἡ βουλὴ dicuntur. Sine iis nihil decernere poterant boeotarchae, atque maxima auctoritas senatui conciliata erat. Boeotarchae proponunt atque persuadent, [1]) illi approbant. At videmus ea, quae proponenda erant, a boeotarchis eligi potuisse, alioquin de illis magni momenti rebus, quae legatis Lacedaemone obtigerant, plane conticiscere non licuisset. Aegre ferimus, nos de tempore, quo haec concilia primum constituebantur, nihil compertum habere. Nostro loco Thucydides de iis tanquam antiquis institutis loqui videtur, atque nos ea simul cum ortu foederis originem cepisse nobis persuademus.

Jam adscribamus alium Thucydidis [2]) locum, qui cum illo priore conjungi debet. Οἱ δὲ Βοιωτοὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ξυνελέγοντο ἐς τὴν Τάναγραν· καὶ ἐπειδὴ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων παρῆσαν, καὶ

1) v. s. εἰ ταῦτα ἔπεισαν.

2) IV, 91.

ᾐσθάνοντο τοὺς Ἀθηναίους προσχωροῦντας ἐπ' οἴκου, τῶν ἄλλων βοιωταρχῶν, οἵ εἰσιν ἕνδεκα, οὐ ξυνεπαινούντων μάχεσθαι, ἐπειδὴ οὐκ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ ἔτι εἰσί. (μάλιστα γὰρ ἐν μεθορίοις τῆς Ὠρωπίας οἱ Ἀθηναῖοι ἦσαν, ὅτι ἔθεντο τὰ ὅπλα) Παγώνδας ὁ Αἰολάδου βοιωταρχῶν ἐκ Θηβῶν μετ' Ἀριανθίδου τοῦ Λυσιμαχίδου, καὶ ἡγεμονίας οὔσης αὐτοῦ, βουλόμενος τὴν μάχην ποιῆσαι, καὶ νομίζων ἄμεινον εἶναι κινδυνεῦσαι, προσκαλῶν ἑκάστους κατὰ λόχους, ὅπως μὴ ἀθρόοι ἐκλίποιεν τὰ ὅπλα, ἔπειθε τοὺς Βοιωτοὺς ἰέναι ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ τὸν ἀγῶνα ποιεῖσθαι, λέγων τοιάδε etc.

Videmus boeotarchas, ut de bello cum Atheniensibus sententias ferrent, Tanagrae congregatos, atque cum hoc, ut ex antecedentibus perspeximus, sine senatuum auctoritate fieri non posset, hos quoque ibidem convenisse collegeris. Tamen hoc e verbis ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων παρῆσαν exhauriri nequit, quia copias quoque boeoticarum civitatum ibidem adfuisse videmus, ad quas haec verba rectius referas.

Atqui aliud est in hoc loco respiciendum. Unus e boeotarchis nomine Pagondas, haud secus quam Miltiades in pugna marathonia collegas bellum dissuadentes adloquitur, eosque ut proelium ineant cohortatur, utpote quod, ne cum illo priore a nobis proposito dissentiat, huic legi adstringere debemus. Quatuor senatus in universum de bello atque pace ju-

dicium tulerunt, boeotarchis contra, simulac exercitui jam praeerant, quid iis videretur, agere concessum fuit. Decernitur enim eo, quem adscripsimus, loco non solum de proelio, sed de toto belli certamine primum ineundo. Müllerus in unaquaque boeotica urbe βουλὴν fuisse recte colligit, cujus decreta, simulac ad totum populum spectabant, haud dubie quatuor senatibus proponi debebant, et quidem ita, ut horum unicuique complures urbes, quae ad eum provocarent, addictae essent. Huc referendum est illud thucydideum: αἵπερ (sc. senatus) ἅπαν τὸ κῦρος ἔχουσι, atque vox τὸ κοινὸν Βοιωτῶν, quae etiam in inscriptionibus reperitur. [1]) Quapropter etiam vox Βοιωτῶν ad singularum urbium incolas, si vocantur, addi solet. [2]) Reperimus Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ in inscriptioue Chaeroneae, [3]) in aliis contra

1) In marmorib. Elgin.
ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΚΟΙΝΩΙΒΟΙΩΤΩΝ
Hanc inscriptionem mecum communicavit Boeckhius v. c. qui jam per septem annos studiis meis facem praefert. Ab hoc dilectissimo praeceptore nisi essem adjutus, etiam in hac dissertatione parum profecissem.

2) In inscript. lebadeensi v. Spon. misc. erud. antiq. X. 121. p. 372.
ΧΑΡΟΠΙΝΩ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΒΟΙΩΤΟΙΣ ΛΕΒΑΔΕΙΟΙΣ.

3) Clarke Itin. P. II. S. III. p. 159.

ejusdem urbis nonnisi unus archon praescribitur. 1) Apud Thespienses similiter Η. Β. Κ. Ο. ΔΗΜΟΣ, 2) idem Coroneae in inscriptione e romani imperii 3) tempore. Ceterum conjecturis, quibus hoc obscurissimum quatuor conciliorum institutum onerari posset, plane abstineamus, quod quae semel serie temporum aboluerunt, etiam a nobis revocari nequeunt. Addere sufficiat, eorum numerum, quem hucusque nemo declarare conatus est, fortasse cum terrae partibus, in quas Boeotia tum divisa fuerit, cohaeruisse. Haud dubie sedem habuerunt in quatuor principibus Boeotiae urbibus, quarum finitima regio imperio eorum subjecta fuerit, quamquam omnes, simulac de gravioribus consulebatur, in unum convenerunt.

§. 3. *De boeotarchis.*

Convertamus nos ad boeotarchas, quibus post quatuor concilia summum foederis boeotici imperium fuit. Praeerant ii exercitui, atque etiam in pace variis muneribus fungebantur. E supra adscripto Thucydidis loco eorum in bello peloponnesiaco undecim fuisse,

1) Miletius p. 341. Cyriacus Anconit. p. XXXIII, n. 220.
2) Milet. p. 344.
3) Idem p. 363.

multi collegerunt, [1]) numerus, qui jam per se mirus videri potest. Müllerus [2]) primus fuit, qui ex hoc loco duodecim boeotarchas recte exhausit. Quid enim sibi velit vox ἄλλων, nisi ea Pagondam numero exceptum fuisse, indicetur, atque illud δ', quod sequitur, nonnisi ad ἄλλων referendum est, alioquin locum non habeat, atque Thucydides fortasse scripsisset ἦσαν γὰρ ἕνδεκα Βοιωτάρχαι, vel tale quid. Ex illo, quod duodecimo boeotarchae adspersum est, Βοιωταρχῶν ἐκ Θηβῶν jam Ubbo Emmius, [3]) e singulis civitatibus electos fuisse boeotarchas, recte collegit, quod quidem alio modo simul ac civitates eodem jure utebantur, fieri non potuit. E voce ἐκ Θηβῶν fortasse adparet, ex unaquaque insigni civitate unum boeotarcham eligere in more fuisse, ita ut ubique numero principum urbium is boeotarcharum definiretur. Neque enim nobis persuadere possumus, hunc numerum plane nulli legi adstrictum fuisse, utpote quod nusquam apud veteres fieri solet in ejusmodi institutis.

---

1) Etiam Drumannus p. 437. Neque enim, credo, eum alium locum mihi ignotum ante oculos habuisse Mitford. T. I. p. 413. vers. Bar. in eundem errorem incidit.

2) p. 404.

3) T. III. p. 204.

Quod cum ita se habeat, saltim Thebae, a quibus fere omnia denique turbabantur, pro exceptione fuisset, quia Epaminondas atque Pelopidas uno tempore boeotarchae reperiuntur. [1]) Fortasse numerus hucusque firmus tum primum commutari coeptus est, quod eo facilius evenire poterat, quo plures urbes Boeotiae illo tempore a Lacedaemoniorum praesidiis tenebantur. Nam ea aetate, qua Cleombrotus in Boeotiam incursionem fecerat, primum de septem boeotarchis apud Diodorum Sic [2]) nobis refertur, quod consentit cum loco Pausaniae, ubi collectis suffragiis proelium decernitur. τῶν μὲν δὴ ἓξ ἐς τοσοῦτον ἦν κεχωρισμένα τὰ βουλεύματα· προσγινομένου δὲ ψήφου τοῖς περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν τοῦ ἑβδόμου τῶν Βοιωτάρχων, ὃς ἐφρούρει etc. [3]) Ex

1) Diod. S. XV. 51.

2) XV. 45. ἓξ γὰρ ὄντων Βοιωταρχῶν, τρεῖς μὲν ᾤοντο δεῖν ἀπάγειν τὴν δύναμιν, τρεῖς δὲ μένειν καὶ διαγωνίζεσθαι ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Ἐπαμινώνδας συνεξαριθμούμενος· ἀπορίας δ' οὔσης μεγάλης καὶ δυσκρίτου, τῶν Βοιωταρχῶν ὁ ἕβδομος ἧκεν, ὃν πείσας Ἐπαμινώνδας ὁμόψυχον ἑαυτῷ γενέσθαι, ἐπροτέρησε τῆς γνώμης.

3) IX. 13. Ad hunc locum respexisse videtur Drumannus p. 682. si dicit, quinque boeotarchas in expeditione adversus Peloponnesum imperio cessisse Nam eo loco, quem citat Diodori. S. XV. p. 51. nihil de numero. Dicitur τούτους (i, e. Epam, atq. Pelop.) γὰρ

Ex antiqua inscriptione thebana septem ego extorqueo. [1]) Praeter hos duos numeros nulli alii. Unde Potterus [2]) notitiam exhauserit, etiam unum atque tres fuisse boeotarchas, nescio. Pausanias enim, quem citat, nonnisi de septem boeotarchis reliquit. Apud Thucydidem, [3]) ubi Boeoti Plataeas aggrediuntur, atque additur ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν Βοιωταρχοῦντος Πυθάγγελός τε ὁ Φυλίδου, καὶ Διέμπορος ὁ Ὀνητορίδου., numerus non definitur, sed nonnisi dicuntur duces ex boeotarchis desumpti. Ibidem antiquus Scholiastes, illum, quem supra explicui, Thucydidis locum male intellexisse videtur, quia addidit: ἦσαν γὰρ οἱ πάντες ἕνδεκα.

γὰρ οἱ ἄλλοι Βοιωτάρχαι παρακεχωρήκεισαν ἑκουσίως τῆς στρατηγίας. Plutarch. v. Pelop. p. 290. de iisdem, ambos ad Peloponnesum perrexisse boeotarchas, ubi ceterorum collegarum mentio non sit, quia potissimum illis duobus omnia reguntur.

1) Apud Pocock. p. 50. T. Boeckh. Staatshaush. II, 399. Addam eam inscriptionis partem, quae a Boeckhio omissa mutilata boeotarcharum nomina continet,

ΒΟΙΩΤΑΡΧΙΟΝΙΩΝ ΤΙΜΟΜ
ΑΙΤΩΝΑΟ. ΟΙΩΝΟΣΠΕ
ΡΝΟΣΙΠΠΙΔΩΣΥΜΑΡΙ. ΑΟ
ΠΑΕΡΟΝΟΣ

Saltim commemoremus, numeros VII. atque XII. apud veteres inter sacros fuisse. XII. populi contribuunt ad magnum foedus Amphictyonum, atque VII. ad illud Calaureae.

2) T. II. p. 430. vers. Rambach.

3) II, init.

Quod attinet ad imperium inter ipsos boeotarchas, fere semper unus fuisse summus videtur, qui ceteris praeit. Plutarchus [1]) in illa celeberrima contra Peloponnesum expeditione, ubi boeotarchae contra legem peccant: οἱ δὲ ἄλλοι Βοιωτάρχαι καὶ τὸν νόμον δεδιότες τοῦτον, καὶ τὸν χειμῶνα . . . , Πελοπίδας δὲ πρῶτος, Ἐπαμεινώνδᾳ γενόμενος σύμψηφος . . .]. ἦγεν ἐπὶ τὴν Σπάρτην. Hoc loco illud πρῶτος non pertinet ad σύμψηφος, quia de secundo συμψήφῳ sermo non esse potest, sed ad Πελοπίδας, ut comma post πρῶτος jam indicat Huic uni, si quid adversi acciderat, ubique majus periculum, quam ceteris, subeundum erat, quocirca judicio paulo post facto Pelopidas primus vocatur. [2]) Quoties duo ad summum imperium perveniunt, id nonnisi per exceptionem fieri potest, ut liquet e Diodoro, S. [3]) ubi ad verba οἱ ἄλλοι Βοιωτάρχαι παρακεχωρήκεισαν ἑκουσίως τῆς στρατηγίας (scil. Epam. atque Pelop.) de industria additur διά τε τὴν σύνεσιν καὶ τὴν ἀνδρείαν τῶν ἀνδρῶν, Attamen primi boeotarchae vox ceteris non praevaluit, atque nonnisi e numero suffragiorum judicium latum est.

1) v. Pelop. 24.

2) Plutarch. v. Pelop. c. 25. Εἰσήχθη μὲν οὖν πρότερος εἰς τὸ δικαστήριον Πελοπίδας, διὸ καὶ μᾶλλον ἐκινδύνευσεν.

3) XV, p. 51.

Apud Diodorum, S. [1]) enim tres boeotarchae hanc, tres illam sententiam praeferunt, atque adjicitur: ἀπορίας δ' οὔσης μεγάλης καὶ δυσκρίτου τῶν Βοιωταρχῶν ὁ ἕβδομος ἧκεν, ὃν πείσας Ἐπαμινώνδας ὁμόψυχον ἑαυτῷ γενέσθαι ἐπροτέρησε τῆς γνώμης. Igitur ille aequato cum ceteris imperio ordinem negotiorum curavit, atque honor, qui primo gradui conciliatus fuit, ei jam sufficere debuit. Quodsi alio modo se habuisset, haud dubie illi, ut e suspicaci Graecorum animo colligitur, imperium per integrum annum tenere non licuisset. Etenim de mutato intra anni spatium summo imperio nihil novimus.

Jam e vocibus, quae usurpantur, ἄρχοντες atque στρατηγοί perspici licet, utrum aliqua expeditio a solis Thebanis, an a toto foedere facta sit. Itaque apud Plutarchum, [2]) ubi de illa, qua Pelopidas capitur, in Thessaliam incursione dicitur, cujus participes soli Thebani fuerant, vox boeotarcharum locum non habet. Paulo post exhibentur: [3]) οἱ στρατηγοὶ τῶν Θηβαίων, quorum imperium unus Epaminondas ibidem suscipit, [4]) utpote quod e foe-

---

1) XV. p. 45.

2) v. Pelop. 28.

3) c. 29.

4) Ἐπαμινώνδαν δὲ μετὰ δυνάμεως ἀπέστειλεν (sc. ἡ πόλις)

deris legibus ei mandari non poterat. Quapropter etiam boeotarcha, cujus imperium multo majus fuit, archonti i. e. simplici duci opponitur, ubi de Pelopidae meritis in pugna leuctrica Plutarchus: [1]) Διὸ τῷ Ἐπαμινώνδᾳ βοιωταρχοῦντι μὴ βοιωταρχῶν καὶ πάσης ἡγουμένῳ τῆς δυνάμεως μικροῦ μέρους ἄρχων, ἴσον ἠνέγκατο δόξης τῆς νίκης ἐκείνης καὶ τοῦ κατορθώματος. Comparantur boeotarchae cum ducibus (στρατηγοῖς) Athenarum, atque prytanibus Rhodiorum apud eundem: [2]) καὶ τῶν μὲν βαρυτέρων, οἷον στρατηγίας Ἀθήνησι, καὶ Πρυτανείας ἐν Ῥόδῳ, καὶ Βοιωταρχίας παρ' ἡμῖν, ὑφίεσθαί τι καὶ παρενδιδόναι μετριάζοντα, atque componuntur cum ἀγωνοθεσίᾳ atque ἐν Ἀμφικτύοσι προεδρίᾳ, ita quidem, ut ridiculum habeatur, si quis ejusmodi honestis muneribus defunctus mox illiberale opificium sectari velit. [3]) Similitudinem cum Atheniensium στρατηγοῖς ἐπὶ τῶν ὅπλων, qui ad Marathonem rem gesserunt, quisque videt. Plane idem reperimus apud Xenophontem, [4]) ubi Graeci post infelicem illam contra Persas expeditionem decem, a quibus reducantur, archontes sibi eligunt, inter quos

---

1) v. Pelop. 13.
2) Praec. respubl. ger. p. 261. ed. Wyt.
3) Plutarch. an seni respubl. gerenda sit p. 153.
4) Exped. Cyri VI, 2. cf. Periz. ad Ael. V. H. III, 17.

unus Xenophon summo imperio fungitur. Cui instituto ibidem ratio subjicitur, quae mutatis nominibus similiter apud Boeotos valuerit, id est ὡς αἰσχρὸν εἴη ἄρχειν ἕνα Ἀθηναῖον Πελοποννησίων καὶ Λακεδαιμονίων. Boeotiae urbes naturâ incolarum atque opibus valde dispares erant, indeque complures duces necessarii fuerint, quia omnes eodem jure atque eadem libertate usae uni subjici nunquam passae essent. Ceterum numerus boeotarcharum nimius fuit, quam quod rei publ. semper salutem tulerit. At hic illud attingimus, quod per omnes aetates, quominus unius alteriusve graecae civitatis opes altius extollerentur, ubique impedivit. Apud Romanos, qui inde ab ortu plerumque uno concordiae vinculo continebantur, nusquam tam multos eodem imperio duces reperimus.

Ex Epaminondae historia jam notissimum exstat, unumquemque boeotarcham, nisi capitis periculum subiret, anno praeterlapso successori imperium tradere coactum fuisse. Exhibet Plutarchus.[1]) Καίτοι χειμῶνος μὲν ἦσαν αἱ περὶ τροπὰς ἀκμαί, μηνὸς δὲ τοῦ τελευταίου φθίνοντος ὀλίγαι περιῆσαν ἡμέραι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔδει παραλαμβάνειν ἑτέρους εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ πρώτου μηνός, ἢ θνήσκειν τοὺς

1) v. Pelop. 27.

μὴ παραδιδόντας. Incidit hoc tempus in mensem Bucatium i. e. primum anni. [1]) Epaminondas rem eo perduxit, ut se atque collegas, quamquam quatuor integros menses tempori boeotarchis definito addiderat, omni periculo exsolveret. Quae cum conferimus illi, quod non pridem commemoravimus, ἑκουσίως delato boeotarcharum imperio, ea, quae in historica hujus dissertationis parte de tota illa aetate monuimus, quodammodo adfirmantur. Alioquin Epaminondas tali levitate animi, quali a veteribus nobis describitur, [2]) ejusmodi periculum subire non valuisset. Haud dissimili loco etiam Pelopidas in pugna leuctrica potestatem sibi vindicat, [3]) quae alio tempore ei concedi non potuisset. Urbe liberata cum Thebani Cadmeam adorirentur, boeotarcharum eligendorum curam apud solos Thebanos ste-

1) cf. Corsini F. A. XIV, 8. Müller p. 473. Plutarch. v. Pelop. 25. τοῦ νόμου κελεύοντος ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ παραδοῦναι τὴν Βοιωταρχίαν ἑτέροις, ὃν Βουκάτιον ὀνομάζουσι.

2) Pausan. IX, 14. Ὁ οὖν Ἐπαμινώνδας ὑπεριδὼν, ὡς οὐκ ὄντα ἐν καιρῷ τὸν νόμον, ἐβοιωτάρχει Nepos Alc. 7.

3) Plutarch v. Pelop. 288. B. ubi Pelopidas ad proelium suadet βοιωτάρχης μὲν οὐκ ἀποδεδειγμένος, ἄρχων δὲ τοῦ ἱεροῦ λόχου καὶ πιστευόμενος, ὡς ἦν δίκαιον ἄνδρα τηλικαῦτα δεδωκότα τῇ πατρίδι σύμβολα εἰς τὴν ἐλευθερίαν.

tisse concluseris, nisi urgente periculo modus electionis quodammodo excusaretur. Nam Plutarchus: [1]) Ἐκ δὲ τούτου Βοιωτάρχης αἱρεθεὶς μετὰ Μέλλωνος καὶ Χάρωνος ὁ Πελοπίδας εὐθὺς ἀπετείχιζε τὴν ἀκρόπολιν, καὶ προσβολὰς ἐποιεῖτο πανταχόθεν etc. Hoc loco quaeri potest, an quatuor concilia, quae in hac electione non adhibita videmus, illo tempore adhuc exstiterint, nec ne. Complures rationes me commovent, ut ea jam evanuisse acceperim. In postrema enim Thebanorum expeditione contra Plataeenses boeotarchae soli omnia decernere videntur. Exhibet Diodorus S.: [2]) Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, κατὰ τὴν Βοιωτίαν Πλαταιεῖς ἀντεχόμενοι τῆς Ἀθηναίων συμμαχίας, μετεπέμποντο στρατιώτας, κεκρικότες τοῖς Ἀθηναίοις παραδοῦναι τὴν πόλιν· ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ Βοιωτάρχαι χαλεπῶς διατεθέντες πρὸς τοὺς Πλαταιεῖς καὶ σπεύδοντες φθάσαι τὴν παρὰ τῶν Ἀθηναίων συμμαχίαν, εὐθὺς ἐπ' αὐτοὺς δύναμιν ἀξιόλογον ἦγον. Porro mirum est, neque apud Plutarchum neque Xenophontem ea commemorari, quamquam de boeotarchis ubique dicitur. His accedit aliud argumentum ex inscriptionibus desumtum. Reperimus in thebana inscriptione [3]) ubi πρόξενος designatur,

---

1) v. Pelop. 13.
2) XV. p. 37.
3) Apud Pocock. p. 50, 14.

nonnisi unum archontem atque populum (δῆμον). Attamen rem ad omnes Boeotos pertinere, nomina boeotarcharum in fine addita aperte probant. Etiam illud Diodori S. [1]) ex Ol. 101,3 de Thebanis dictum: συνεῖχον τὴν Βοιωτίαν ἐν τῇ καθ᾽ αὐτοὺς μιᾷ συντελείᾳ his calculum addit. Ubi Epaminondas post contemtas leges in jus vocatur, nil nisi dicasterium, quod Thebis fuerit, commemoratur. [2]) Sed de boeotarchis dicere pergamus, qui postea nobis hujus, quam nunc omittimus, explicationis filum resumendi locum suppeditabunt.

Boeotarchia, si quis in ea gerenda excelluerat, aliquoties tribui poterat, et ita quidem, ut spatium temporis inter singulas boeotarchias relinquendum non necesse esset. [3]) Qua de re tamen dubium est, anne hoc institutum, quod nonnisi in Epaminondae atque Pelopidae vita reperimus, soli horum duorum aetati adstringendum sit. Saltim boeotarchia hoc modo conferri potest cum Romanorum

---

1) XV. p. 42.

2) Plutarch. v. Pelop. 25. cf. Pausan. IX, 14.

3) Diod. S. XV. p. 65. de Pelopida πρὸς δὲ τοὺς πολίτας οὕτω καλῶς ἀγωνισάμενος διετέθη, ὥστε ἀπὸ τῆς εἰς τὰς Θήβας καθόδου τῶν πολιτῶν μέχρι τῆς ἑαυτοῦ τελευτῆς Βοιωταρχῶν πάντα τὸν χρόνον διετέλεσε, μηδενὸς ἄλλου τῶν τοιούτης ἠξιωμένου τῆς τιμῆς.

consulatu in eo tempore, quo hujus populi fines per totam Italiam jam propagari atque bella per complures annos trahi coepta erant. P. Corn. Scipioni, Q. Flaminio atque aliis consulatus aliquoties renovatus est, cui consilio populus Romanus ex eadem causa, qua Boeoti aetate Epaminondae, intercedere noluit. Pelopidas vero, qui eo anno, quo e vita decessit, decima tertia [1]) boeotarchia fungebatur, is fuit, cui hic honor omnium creberrime attributus est.

Ceterum breve boeotarchiae destinatum tempus jam indicat democratiam, [2]) in quam procul dubio foederis instituta simul cum ipsa populi natura paulatim inclinarunt. Cui rerum commutationi fortasse illa quatuor concilia removenda, quibus foedus ad aristocratiam adpropinquabat, optime responderent. Quamquam in his nihil certi affirmemus, tamen pro argumenti specie locus Pausaniae [3]) esse potest, in quo sorte electos esse videmus, qui de Epaminondae contra boeotarchiae leges peccato sententias ferrent. Καὶ δίκην μὲν ἔφυγεν

1) Plutarch. Pelop. p. 297. Ibid. 285. c de Pelop. τὰ πλεῖστα βοιωταρχῶν ἄχρι τῆς τελευτῆς ἐπράττει.
2) Polyb. VIII. de Pelop. αὐτὸν οὐ μόνον τῆς τῶν Θηβαίων, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων δημοκρατίας ἔπειθεν Ἐπαμινώνδαν προεστάναι.
3) IX, 14.

(sc. Epam.) ὑπὲρ θανάτου, διότι ἐβοιωτάρχησεν ἐξέχοντας ἤδη τοῦ χρόνου· λέγονται δὲ οἱ δικάζειν λαχόντες οὐδὲ ἀρχὴν, περὶ αὐτοῦ θέσθαι τὴν ψῆφον. Attamen si ulla res, hoc Epaminondae delictum quatuor conciliis proponendum fuisset, quapropter certos quosdam judices, quorum potestas non erat perpetua, vice illorum conciliorum tum functos esse autumaverim.

Fuerunt boeotarchae στρατηγοὶ Boeotiae, [1]) archontes contra vel separatae partis vel unius civitatis duces, atque hoc modo saepius a veteribus distinguuntur [2]) quamquam voces etiam commutatae [3]) occurrunt. Boeotarchae non modo in bello rem gesserunt, verum etiam in pace

---

1) Itaque Epam. (Plutarch. Apopht. 18.) ubi Boeoti eum boeotarcham designare decreverunt ἔτι βουλεύσασθε, ἄνδρες· ἐὰν γὰρ ἐγὼ στρατηγῶ etc.

2) Plutarch. v. Pelop. 15. de hoc duce μὴ βοιωταρχῶν . . . μικροῦ μέρους ἄρχων. Nescio, an jam ab uno adnotatum sit, archontes Thebanorum **hastas gestare** in more habuisse v. Plutarch. de gen. Socr. p. 406. ed. Wyt.

3) Polyaen. π. Ἐπαμ. II. οἱ συνάρχοντες ἠπείλουν αὐτῷ (sc. Epaminondae) δίκην. Plutarch. v. Pelop. 15. de hoc duce Ἀφ᾽ ἧς γὰρ εἵλοντο πρῶτον ἡγεμόνα τῶν ὅπλων, οὐκ ἀνεπαύσαντο καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἄρχοντα χειροτονοῦντες, ἀλλ᾽ ἢ τὸν ἱερὸν λόχον ἄγων. Nonnunquam e voce ἄρχοντες concludi potest, solos Thebanos, neque tamen omnes Boeotos expeditionis participes fuisse cf. id ibid. 28.

haud dubie varia negotia pertractarunt. Cujus rei certum exemplum exstat apud Plutarchum,[1]) ubi boeotarchae Agesilao sacra Boeotorum in Aulide violanti obsistunt. De modo delectus nihil compertum habemus. Eo tempore, quo quatuor concilia valuerunt, etiam ab his boeotarchas instutntos esse verisimile est.

Deinde reperiuntur polemarchae Thespiis atque Orchomeni, atque in hac urbe etiam tamiae atque catoptae, de quibus eos annuis archontibus, qui singulis urbibus praeerant, subjectos fuisse, arbitramur. De omnibus manca notitia ad posteros pervenit,[2]) quamquam saepius, quae in una quadam urbe viguerunt, in aliis quoque eodem modo se habuisse, concludi potest.

§. 3. *De Pamboeotiis, sacris atque aliis quibusdam.*

Omnia quae ad summam foederis pertinebant, in Pamboeotiis peracta esse videntur. Celebrabantur Coroneae,[3]) ubi Minerva Ito-

1) v. Ages. 6. Boeotarchae jubent, *μὴ θύειν παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ πάτρια Βοιωτῶν.* Apud Pausan. III. 9 qui eandem historiam narrat, nonnisi Thebani commemorantur atque Xenoph. Hell. III, 4. boeotarchas equites misisse dicit, qui sacra turbarent.

2) cf. Müller. 405, qui alia quaedam de iis attulit.

3) Strabo IX. p. 417.

nia, [1]) cujus cultum veteres inter antiquissimos Boeotiae referunt, [2]) maximo honore fruebatur. De hac Dea, cujus nomen ab Itonio, Amphictyonis filio derivatur, exhibet Pausanias: [3]) Πρὶν δὲ ἐς Κορώνειαν ἐξ Ἀλαλκομενῶν ἀφικέσθαι τῆς Ἰθωνίας Ἀθηνᾶς ἐστι τὸ ἱερόν. καλεῖται δὲ ἀπὸ Ἰτωνίου τοῦ Ἀμφικτύονος, καὶ ἐς τὸν κοινὸν συνίασιν ἐνταῦθα οἱ Βοιωτοὶ σύλλογον· ἐν δὲ τῷ ναῷ χαλκοῦ πεποιημένα Ἀθηνᾶς Ἰτωνίας καὶ Διός ἐστιν ἀγάλματα· τέχνη δὲ Ἀγορακρίτου, μαθητοῦ δὲ καὶ ἐρωμένου Φειδίου· ἀνέθεσαν δὲ καὶ Χαρίτων ἀγάλματα ἐπ' ἐμοῦ. Proinde etiam Jovem atque Gratias foederis praesides fuisse, simulacra in sacrario posita ostendunt.

Deinde etiam Euclia (Εὔκλεια), quae vulgo pro Diana habetur, in eodem honore apud Boeotos fuit, si Plutarchum [4]) sequimur, qui de ea. ἔνιοι δέ φασιν, Ἡρακλέους μὲν θυγατέρα καὶ Μυρ-

---

1) Plutarch narr. amat. de Phoco p. 106. ἡ δὲ διασωθεῖσα ἐφύλαξε τὴν τῶν Παμβοιωτίων ἑορτὴν, καὶ τότε εἰς Κορώνειαν ἐλθοῦσα ἱκέτις καθέζεται ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς. Pausan. I, 13. τὰ ἀνατεθέντα ὅπλα τῶν Κελτικῶν ἔς τε τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν τῆς Ἰτωνίας Φερῶν μεταξὺ καὶ Λαρίσσης cf. III, 9. ubi Agesilaus ad Coroneam profligat Boeotos: ὡς δὲ ἐτράποντο οἱ Βοιωτοὶ, καταφεύγουσιν ἄνδρες ἐξ αὐτῶν ἐς ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ἰτωνίας.

2) Strabo IX, c. 29. de Boeotis Arnensibus κρατήσαντες δὲ τῆς Κορωνείας ἐν τῷ πρὸ αὐτῆς πεδίῳ τὸ τῆς Ἰτωνίας ἱδρύσαντο ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ.

3) IX, 34. Commemorantur Pamboeotia etiam apud Polyb. IV, 3.

4) v. Aristid. 331, E.

τοῦς γενέσθαι τῆς Μενοιτίου θυγατρὸς Πατρόκλου δ' ἀδελφῆς. τελευτήσασαν δὲ παρθένον ἔχειν παρά τε Βοιωτοῖς καὶ Λοκροῖς τιμάς. βωμὸς γὰρ αὐτῇ καὶ ἄγαλμα παρὰ πᾶσαν ἀγορὰν ἵδρυται. καὶ προθύουσιν αἵ τε γαμούμεναι καὶ οἱ γαμοῦντες: atque Minerva Alalcomenis, quae a veteribus cum Argiva Junone comparatur teste Strabone [1]) Ἔχει δ' ἀρχαῖον ἱερὸν Ἀθηνᾶς σφόδρα τιμώμενον καὶ φασί γε τὴν θεὸν γεγενῆσθαι ἐνταῦθα, καθάπερ καὶ τὴν Ἥραν ἐν Ἄργει.

Populus Boeotorum ante omnes δεισιδαιμονίᾳ quae multis oraculis sustentabatur, valde laboravit, cui cum populi vires ea diminuerentur imprimis Epaminondas [2]) summopere restitit. Historia Boeotorum prodigiis referta est, atque e cumulo eorum, quae foedus impulsu oraculi peregerit, unum exemplum extollimus in inscriptione, quam Müllerus [3]) explicuit. Ibi Boeoti Gratiis tripodem sacrant κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ Ἀπόλλωνος. Duces Boeotorum in bello vates secum habuisse videntur, [4]) atque principes eorum ad certum quendam finem

1) IX. p. 414.
2) Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης ejus verba apud Diod. l. XV. p. 44. Ibid. ὁ δ' Ἐπαμινώνδας ὁρῶν τοὺς στρατιώτας δεισιδαιμονοῦντας ἐπὶ τοῖς γεγονόσι σημείοις, ἐφιλοτιμεῖτο διὰ τῆς ἰδίας ἐπινοίας καὶ στρατηγίας μεταθεῖναι τὰς τοῦ πλήθους εὐλαβείας.
3) p. 472.
4) Ita colligimus ex Plutarchi v. Pelop. p. 289.

persequendum religionibus usos esse, e Xenephonte liquet, ubi de armis Herculis, quae ante pugnam leuctricam repente evanuerant, dicitur, atque additum est οἱ μὲν δή τινες λέγουσιν, ὡς ταῦτα πάντα τεχνάσματα ἦν τῶν προεστηκότων. [1]) Tamen de arctiorc foederis cum sacris connexu propter fontium inopiam nihil certius asseri potest.

Fortasse etiam concio lebadeensis [2]) post leuctricam pugnam ad foedus spectat.

Denique unum afferre restat, de quo tamen certum judicium ferre difficile est. Nempe a Boeotis in inscriptione, quam Boeckhius [3]) attulit, thebana eligitur πρόξενος, boeotarchis praesidibus. Duas alias habemus inscriptiones boeoticas, [4]) in quibus idem fit, atque iisdem fere verbis ab una civitate, omissis boeotar-

---

1) Hell. VI, 4. Ceterum jam ipum. Leuctrorum nomen apud Boeotos pro omine valuit. Plutarch. narr. amat. T. IV, p. 104 et 106 ed. Wyt. cf. ὁμαιχίται δαίμονες, qui me judice nonnisi apud Boeotos reperiuntur, apud Thucyd. VI, 97.

2) cf. Diod. S. XV, 45.

3) Staatshaush. T. II. p. 400. Ibidem ille hanc inscriptionem valde antiquam esse e dialecto docuit.

4) Unam, et quidem chaliensem, edidit Chandler Marm. Oxon. II, 19. 1—3. alteram Leake classical Journal T. XIII. p. 332, e lapide in muro monasterii Orchomeni.

charum nominibus. Inde ad conjecturam adducimur, omnes Boeotos ex foederis legibus eodem civium jure fuisse, nisi inscriptionem in illam aetatem referamus, qua nonnunquam Thebanis, si inde quidquam frugis exhauriri poterat, nomine omnium Boeotorum agere a consociatis civitatibus concessum fuit.